und an Gregors d. G. Beyſpiel (Th. I. §. 114. not. b). Dann *pag.* 224: Sanctam autem et omnibus retro saeculis apud omnium gentium nationes inviolatam jurisjurandi religionem facillima, inquiunt, domni Papae rescindit absolutio: et quod tantum est, ut illud omnis controversiae finem Apostolus nominaverit, modo unius chartulae per quemlibet bajulatorem porrectae levissima infringere juberetur (*leg.* infringi jubetur) lectione. Absolvo, inquit, omnes a juramento, quod Heinrico juraverunt. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce qui educit vinctos in fortitudine, velimus, nolimus, absolvimur. — Sed quid ad haec illi dicunt! Non te in hoc, domne Papa, audimus; non abnegamus ei fidem quam promisimus, non tantum promisimus, sed juravimus; quia si os, quod simpliciter mentitur, occidit animam, valde est inconsequens, ut os, quod cum perjurio mentitur, non occidat animam. Et si perdat omnes, qui loquuntur mendacium, multo amplius perdit omnes, qui loquuntur perjurium. Quod autem per tuam auctoritatem hujus rei nobis promittis impunitatem: noli, obsecro, noli in fratres peccare, noli pusillos Christi scandalizare, noli per perversam securitatem infirma auditorum corda in irrevocabile praecipitium tecum submergere. Illud nec nos sequi, nec tu potes praecipere. Si super cathedram Moïsi sederes, necesse haberem servare et facere, quod juberes. Cathedram Moïsi descendisti; ab omni, quam tibi debebam obedientiae necessitate me absolvisti. Quid enim dicit Moïses? »Non assumes nomen Dei tui in vanum« (Exod. 20, 7.). Et alibi: »Non perjurabis in nomine meo etc.« (Lev. 19, 12.). — Sed dicit domnus Papa: perversus est, cui jurasti, impius est, perjurus est, scelestus est, fidem ei non debes. Dem ſey zwar nicht ſo: Sed sit impius, sit perversus, sit quicquid domnus Papa in eum dicere voluerit acrius, num ideo sacramentum ei factum infringere, et quia ille malus est, ideo ego sacrilegus existendo me in aeternam damnationem videns et sciens debeo intrudere? Prorsus nec debeo, nec facio, quia patres sanctos — sacramentum cum perversis et a Deo alienis hominibus suscepisse, et summa illud cautela observasse, in scripturis sanctis et legi et memoro. Beyſpiele, beſ. Joſua's den Gibeoniten geleiſteter Schwur (Jos. 9.): da hätte

Fürſten ſahen in dem Papſte nur den willkommenen Bundesgenoſſen, und forderten von Tribur aus (Okt. 1076) Heinrichen auf, den päpſtlichen Forderungen zu genügen z). Und jetzt wandelte ſich der Zorn des wankelmüthigen Königs ſo ſchnell in Furcht, daß er unter den tiefſten Erniedrigungen von Gregorius in Canoſſa die Löſung vom Banne erbettelte (25—28. Januar 1077) aa). Eben ſo bald ließ er ſich

---

Joſua auch zum Volke ſagen können: Absolvo vos a sacramento, quia idolorum cultores — inter vos reservare voce Domini prohibiti estis. — Juramentum fraude et mendacio initum evacuare non timueritis. — Sed illi sint, ait, illi idololatrae, nos eis non in dolis sed in nomine Domini Dei Israel juravimus. Illi nos fraudulenter deceperunt, nos mendacium eorum execrantes a veritate in nomine Domini confirmata nequaquam declinabimus etc. — Haec nos, inquiunt, insuperabilis veritatis sequentes testimonia, nulla seductorum hominum circumventione a sacramento volenter et legitime facto declinabimus; etiamsi angelus de coelo aliter nobis evangelizaret, nos illum parvipendere, contemnere, anathematizare non dissimulabimus.

z) *Bruno* de bello Saxon. p. 133. *Lambert. Schafn.* p. 414 ss.

aa) Gregorius meldet dieß ſelbſt den Deutſchen *lib. IV. Ep.* 12. *ad Germanos:* tandem (Rex) — ad oppidum Canusii, in quo morati sumus, cum paucis advenit, ibique per triduum ante portam deposito omni regio cultu miserabiliter, utpote discalceatus et laneis indutus, persistens, non prius cum multo fletu apostolicae miserationis auxilium et consolationem implorare destitit, quam omnes qui ibi aderant — ad tantam pietatem et compassionis misericordiam movit, ut pro eo multis precibus et lacrymis intercedentes, omnes quidem insolitam nostrae mentis duritiam mirarentur, nonnulli vero in nobis non apostolicae severitatis gravitatem, sed quasi tyrannicae feritatis crudelitatem esse clamarent. Denique instantia compunctionis ejus, et tanta omnium qui ibi aderant supplicatione devicti, tandem cum relaxato anathematis vinculo in communionis gratiam et sinum s. matris ecclesiae recepi-

aber auch von den gegen den Papst erbitterten Lombarden wieder umstimmen, und sann auf Rache bb). Die meisten deutschen Fürsten wählten jetzt in Forchheim (März 1077) Rudolph Herzog von Schwaben zu ihrem Könige cc): indeß Heinrich behielt noch Anhang genug, um demselben die Spitze zu bieten. So lange der Kampf zweifelhaft war, hielt Gregor troz seiner frühern Erklärungen und troz der Vorwürfe der Parthey Rudolphs seine Entscheidung zurück dd):

---

mus. Unten das *Jusjurandum Henrici:* Ego Henricus Rex de murmuratione et dissensione, quam nunc habent contra me Archiepiscopi et Episcopi, Duces, Comites, caeterique Principes regni Teutonicorum, et alii, qui eos in eadem dissensionis causa sequuntur, infra terminum, quem Dominus Papa Gregorius constituerit, aut justitiam secundum judicium ejus, aut concordiam secundum consilium ejus faciam. — Item si idem Dominus P. Gregorius ultra montes, seu ad alias partes terrarum ire voluerit, securus erit ex mei parte etc. Vgl. *Lambert. Schafn.* p. 417 ss. (Zu Lamberti Erzählung vergl. Wedekinds Noten zu einigen Geschichtschreibern des deutschen Mittelalters Bd. 1. Hamb. 1823. S. 169) *Bernold.* Const. ad ann. 1077.

bb) *Lambert. Schafn.* p. 422 ss. der damit endigt.

cc) *Paul Bernried* c. 93. In Forchheim erklärten päpstl. Legaten, Papam petere, ut novi Regis electionem, de qua audierat, in adventum ejus differrent, si hoc sine periculo fieri posse perpenderent. Da die Fürsten aber Gefahr im Verzuge sehen wollten, legati — responderunt, sibi quidem optimum videri, si Regis constitutionem — in adventum Domini Papae sine periculo differre possent: caeterum provisionem regni non tam in eorum consilio, quam in Principum arbitrio sitam esse. Darüber, und über das Folgende, s. auch *Bernald* Const. l. c. *Bruno* de bello Saxon. p. 212 ss. Stenzel Bd. 1. S. 418 ff. Bd. 2. S. 148 ff.

dd) Sachsen, Thüringer und Schwaben waren auf Rudolphs, Bayern und Franken auf Heinrichs Seite. *Bruno de bello Saxon.* p. 216 s. Interea Dominus Apostolicus apostolici vi-

goris oblitus (qua causa nescimus) multum est a priore sententia mutatus. Nam qui prius Henricum cum omnibus suis adjutoribus Apostolica severitate excommunicaverat, eique regnandi potestatem potenter interdixerat, et omnes, qui ei fidelitatem jurassent, a juramenti nodis Apostolica auctoritate absolverat, et electionem novi Regis consensu suo confirmaverat, nunc per literas mandavit, ut concilio facto Rex uterque convocatus audiatur, et quem justitia regnare permiserit, altero deposito tutus in regno confirmetur. So das *Conc. Roman. ann.* 1078 (Mansi XX. p. 504) wonach idonei — nuntii e latere apostolicae sedis nach Deutſchland gehen und jenes Concil halten ſollten; ſo auch *Gregorius lib.* IV. *Ep.* 24. *ad Germanos ann.* 1078, und *Gregorii Epist. a Syn. Rom. ann.* 1079 *in partes Teutonicas missa* (Mansi XX. p. 522). Darüber erließ die Parthey Rudolphs nach einander 5 Schreiben an Gregor voll Beſchwerden b. *Bruno* p. 218 ss. (über die chronolog. Folge derſelben ſ. Stenzel Bd. 2. S. 153). Im Erſten: Quum illa anathematis absolutio per epistolam vestram nobis innotesceret, de sententia regni, quae in eum processit, nihil mutatum esse intelleximus, sed ne nunc quidem, si mutari possit, intelligimus. Absolutio enim illa juramentorum qualiter cassari possit, nullo modo percipere valemus. Sine sacramentorum autem observatione Regiae dignitatis officium nequaquam administrari potest. — Quumque de electo nobis Rege et non de Regibus spes magna ad refocillandum Imperium succresceret, ecce ex insperato literae vestrae advenientes, duos in uno regno Reges pronunciant, duobus legationem decernunt. Quam Regii nominis pluralitatem, et quodammodo regni divisionem divisio quoque populi et studia partium subsecuta sunt etc. Darüber entſchuldigt ſich *Gregorius lib. VII. Epist.* 3. *ad Germanos:* Pervenit ad nos, quod quidam ex vobis de me dubitant, tamquam in instanti modo necessitate usus sim saeculari levitate. Qua certe in causa nullus vestrum praeter instantiam praeliorum majores me et patitur angustias, et suffert injurias. Quotquot enim Latini sunt, omnes causam Henrici praeter admodum paucos laudant ac defendunt, et pernimiae duritiae ac impietatis circa eum me redarguunt. Quibus Dei gratia omnibus sic restitimus

erst als er Heinrichen bey Fladenheim (27. Januar 1080) völlig besiegt glaubte, erneuerte er den Bann über ihn, und erklärte sich für Rudolph (März 1080) ee). Heinrich ließ da-

---

hactenus, ut in neutram adhuc partem, nisi secundum justitiam et aequitatem, secundum nostrum intellectum declinaremus. Nam si legati nostri aliquid contra quod illis imposuimus egerunt, dolemus: quod ipsi tamen (sicut comperimus) tum violenter coacti, tum dolo decepti fecerunt. Indeß *Bruno p.* 224. schließt seinen Bericht über d. J. 1079 mit den Worten: Sic totus annus ille consumitur, ut fere nihil memorabile fieret in nostris partibus, nisi quod Apostolici legati frequenter ad utrasque partes venerunt, et nunc nobis, nunc hostibus nostris apostolicum favorem promittentes, ab utrisque pecuniam, quantam poterant *more Romano* conquirere, secum detulerunt.

ee) Rudolph schickte auf das *Conc. Rom.* Gesandte, und ließ die alte Anklage gegen Heinrich erheben (b. Mansi XX. p. 536). Darauf sprach der Papst die Excommunications- und Absetzungs-Formel (ib. p. 524.) in Form eines Gebets an Petrus und Paulus aus, der frühern (not. x) ähnlich, mit dem merkwürdigen Schlusse: Ipse autem Henricus cum suis fautoribus in omni congressione belli nullas vires, nullamque in vita sua victoriam obtineat. Ut autem Rodulphus regnum Teutonicorum regat et defendat, quem Teutonici elegerunt sibi in regem, ad vestram fidelitatem; ex parte vestra dono, largior et concedo omnibus sibi fideliter adhaerentibus absolutionem omnium peccatorum: vestramque benedictionem in hac vita et in futura, vestra fretus fiducia, largior. — Agite nunc, quaeso, patres et principes sanctissimi, ut omnis mundus intelligat et cognoscat, quia, si potestis in caelo ligare et solvere, potestis in terra imperia, regna, principatus, ducatus, marchias, comitatus et omnium hominum possessiones pro meritis tollere unicuique et concedere. — Si enim spiritualia judicatis, quid de saecularibus vos posse credendum est: et si angelos dominantes omnibus superbis principibus judicabitis, quid de illorum servis facere potestis? Addiscant nunc reges et omnes saeculi principes, quanti vos estis, quid

gegen von Synoden in Mainz und Brixen (Jun. 1080), die Abſetzung Gregors von neuem ausſprechen; in Brixen wurde zugleich Guibert, Erzb. v. Ravenna, als Clemens III. zum Papſte gewählt ff). Da bald darauf Rudolph in der Schlacht bey Merſeburg (Okt. 1080) fiel, ſo vergrößerte ſich Heinrichs Anhang ungemein gg), und die Lage des Papſtes wurde gefährlich. Indeß konnte Gregorius

---

potestis, et timeant parvipendere jussionem ecclesiae vestrae: et in praedicto Henrico tam cito judicium vestrum exercete, ut omnes sciant, quia non fortuito, sed vestra potestate cadat. Die vorgebl. von Gregor dem Rudolph geſandte Krone mit der Inſchrift: Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho, zuerſt von *Sigbert. Gembl.* ann. 1077, als Sage von *Otto* Frising. de gest. Frid. I, c. 7. u. *Guilelm.* Appul. lib. IV. erwähnt, iſt wahrſcheinlich erdichtet. Voigt S. 561.

ff) *Hugon. Flavin. Chron. Virdun. ap. Labb. p.* 225, *Chron. Ursperg.* p. 171 ss. Acten des Concils in Brixen in *Udalrici Bab. Codex Epist. no.* 164.

gg) Dazu wirkte die Sage mit b. *Sigb. Gembl.* ad ann. 1080: Hildebrandus P. quasi divinitus revelatum sibi praedixit, hoc anno falsum regem esse moriturum. (Der eifrige Anhänger Gregors *Bonizo* b. Oefele II. p. 819 erzählt, daß Gregorius wirklich nach der Excommunication Heinrichs am 2ten Oſtertage hinzugeſetzt habe: omnibus vobis notum sit, quod, si usque ad festivitatem S. Petri Henricus non resipuerit, mortuus erit aut depositus: quod si hoc non fuerit, mihi credi amplius non oportet, und daß ihm deshalb Viele nachſagten, contra se ipsum sententiam damnationis dictasse. Bonizo macht dagegen geltend, morte spirituali Henricum mortuum et ante divinos oculos depositum esse). Dann die Sage von den letzten Worten Rudolphs im *Chron. Ursperg.* p. 172: Ecce haec est manus, qua domino meo Heinrico fidem sacramento firmavi, ecce ego jam ejus regnum et vitam derelinquo praesentem: videte, qui me solium ejus conscendere fecistis, ut recta via vestra monita sequentem duxissetis. Freylich ſchildert *Bruno* p. 150 Rudolphs letzte Augenblicke ganz anders.

dadurch in ſeinem Entſchluſſe nicht ungewiß gemacht werden. Zu große Erbitterung hatte er ſeinen Gegnern hh), zu fanatiſchen Haß gegen dieſelben ſeinem Anhange eingeflößt ii); und

---

hh) *Theoderici Episc. Virdun. epist. ad Gregorium VII.* v. 1080 (ſ. not. q) p. 215: Jam enim omni pudore evacuato — in aperta paternitatis vestrae vituperia feruntur, in vestram damnationem quanto acrius egerint, tanto acceptius se Christo obsequium praestare arbitrantur. — Et de vita quidem vestra et conversatione indigna sentientes, vos ipsum laxatis loquacitatis habenis execrantur, et vituperant ecclesiasticas sanctiones, et introducta per vos instituta irrident et conculcant: ad quae defendenda, si eos ad librorum attestationes et ss. Patrum auctoritates evocamus; hoc vero, hoc est, ajunt, quod volumus, hoc precamur et cupimus.

ii) Das non plus ultra in dieſer Art liefert d. Prieſter Manegold von Lutenbach, nachmaliger Stifter des Kloſters Marbach im Elſaß (über ihn ſ. *Ussermann ad Berthold. Const.* in d. *Monumentt. res Allem. illustrantt. T. II. p.* 161 *ss.*), in ſeiner gegen jene Epist. Theodorici gerichteten Schrift (Ms. in Carlsruhe, Auszüge daraus in Schlözer's Briefwechſel hiſtor. und polit. Inhalts Th. 8. S. 364 ff. u. in den Beyträgen zur Geſch. u. Literatur aus einigen Handſchriften der Markgräfl. Bad. Bibliothek. Frankf. a. M. 1798. S. 153). *Cap.* 38 u. 39 beweiſen, quod hi, qui excommunicatos non pro privata injuria, sed ecclesiam defendendo interficiunt, non ut homicidae poeniteantur vel puniantur. (So freylich auch *Urbanus* II. unten §. 48. not. o). *Cap.* 41: quod pro *Henricianis* non sit orandum. Denn ihnen falle zur Laſt das peccare in Spiritum sanctum i. e. per malitiam et invidiam fraternam oppugnare caritatem post acceptam gratiam Spiritus S., quod peccatum Dominus neque hic neque in futuro saeculo dimitti dicit. (Ueber Manegold wurde zwar auch von manchen Anhängern Gregors geurtheilt: Fuit homo importunus: — optamus, ut liber ipsius cum ipso sit sepultus: dagegen hielten Andere scripta illius quasi responsa coelestis oraculi ſ. *Gerhohi dial. de differentia Clerici Saec. et Regul.* in *Pezii thesaur. anecd. T. II. P. II. p.* 491 *s.*). — Vgl. die Züge, welche *Guenricus* (ſ. not. q) p. 237 erzählt: Alii

ſo würde Nachgeben nicht blos Demüthigung, ſondern Selbſtvernichtung geweſen ſeyn. Es galt nicht mehr der Sache, ſondern der Perſon kk): in Italien gab Gregorius dem Robert Guiscard nach, um deſſen Beyſtand zu gewinnen ll):

---

loca sacra sacrilegorum ingressu et egressu contaminata repurgaturi, — patentibus per diem et noctem ecclesiae januis, ventum recipiunt. Alii in lapides et ligna, profanorum, ut asserunt, contactu dechristianata, scopis animadvertentes et aqua, superstitiosi lapidum baptistae, dum judaica revocant baptismata, de stultitia insaniam faciunt.

kk) *Theoderici Epist.* p. 227: Illud sane quod de ecclesiasticis ventilatur beneficiis ab omni saecularium jure perpetua emunitate asserendis, de episcopis quoque manu principis in episcopatum minime introducendis, etsi pro rei novitate primo suo aspectu offensionem generat: aliquam tamen speciem rationis exhibet, si non re [*leg.* res] vel tali tempore mota, vel tali impetu properata, vel tali foret contentione agitata. Quis enim non videat, non ex religionis zelo, sed ex principis odio haec actitari, cum personis per sacram *Rodulfi* vel *Herimanni* dextram non introductis, sed subintroductis, benedictiones non negentur, pallia domum transmittantur, cum his, qui sub aliis regibus degunt, mitius agatur: nostris autem Episcopis, Archiepiscopis legitime electis, communi assensu receptis, laïca etiam communio interdicatur, et in nulla deprehensi culpa, *Heinrico* solum quia fidem tenent et perjurare timent, reprobi judicentur.

ll) Robert war ſchon 1074, weil er Campanien an ſich geriſſen, gebannt *Leo Ostiens. Chron. Casin.* III. c. 45. Voigt S. 320. Ohne daß er nachgegeben hätte, erhielt er (1080) Verzeihung, wiederholte ſeine Eide (Abth. I. §. 23. not. l vgl. hinter Gregorii lib. VIII. ep. 1.), und Gregorius inveſtirte ihn mit der merkw. Formel (ibid.): Ego Gregorius P. investio te, Roberte dux, de terra, quam tibi concesserunt antecessores mei sanctae memoriae Nicolaus et Alexander. De illa autem terra, quam injuste tenes, sicut est Salernus, et Amalphia, et pars marchiae Firmanae, *nunc te patienter sustineo*, in confidentia

in dem unglücklichen Deutſchland bot er alles auf, um die Spaltung unheilbar zu machen mm). Indeß Heinrich fiel in

---

Dei omnipotentis et tuae bonitatis, ut tu postea exinde ad honorem Dei et s. Petri ita te habeas, sicut et te agere et me suscipere decet sine periculo animae tuae et meae. Vgl. Stenzel Bd. 1. S. 470.

mm) ſ. beſ. *Gregorii lib. IX. epist.* 3. an ſeine Legaten in Deutſchland. Er geſteht darin, pene omnes nostros fideles, audita nece Rodulphi b. memoriae Regis, niti ad hoc nos crebris adhortationibus flectere, ut Henricum jampridem, sicut scitis, plura facere nobis paratum, cui ferme omnes Italici favent, in gratiam nostram recipiamus etc. Dennoch denkt er nur auf Heinrichs Vernichtung: Si Henricus forte Longobardiam intraverit, admonere etiam te, carissime frater, volumus ducem Welphonem, ut fidelitatem b. Petro faciat. — Illum enim totum in gremio b. Petri desideramus collocare, et ad ejus servitium specialiter provocare. Quam voluntatem si in eo, vel etiam in aliis potentibus viris — cognoveris, ut perficiant elabora, nosque certos reddere diligenter procura. Dann ſchreibt er folgenden Eid für den zu erwählenden deutſchen König vor: Ab hac hora et deinceps fidelis ero per rectam fidem b. Petro Apostolo ejusque vicario Papae Gregorio, qui nunc in carne vivit: et quodcumque mihi ipse Papa praeceperit, sub his videlicet verbis: *Per veram obedientiam*, fideliter, sicut oportet Christianum, observabo. De ordinatione vero ecclesiarum, et de terris vel censu, quae Constantinus Imp., vel Carolus s. Petro dederunt, et de omnibus ecclesiis vel praediis, quae apostolicae sedi ab aliquibus viris vel mulieribus aliquo tempore sunt oblata vel concessa, et in mea sunt vel fuerint potestate, ita conveniam cum Papa, ut periculum sacrilegii et perditionem animae meae non incurram: et Deo sanctoque Petro adjuvante Christo dignum honorem et utilitatem impendam: et eo die, quando illum primitus videro, fideliter per manus meas *miles s. Petri et illius* efficiar. Doch giebt er ſeinen Legaten noch den Wink: de his si quid minuendum vel *augendum* censueris, non tamen praetermisso integro fidelitatis modo, et obedien-

Italien ein (März 1081), verwüſtete, ohne ſich durch die von der päpſtlichen Parthey in Deutſchland bewirkte Wahl eines neuen Gegenkönigs, Hermanns von Luxemburg (Aug. 1081), irren zu laſſen, die Länder der Mathildis, Markgräfinn von Toscana, eroberte endlich Rom (1084), und triumphirte dort mit ſeinem Papſte Clemens III. Robert Guiscard befreyete zwar den in der Engelsburg eingeſchloſſenen Gregorius, aber dieſer fand ſelbſt Rom von ſich abgewendet, und beſchloß ſein Leben in Salerno († 25. Mai 1085) nn).

Auch Schriftſteller traten in dieſem großen Kampfe auf beyden Seiten auf, um die Grundſätze und die Handlungs-

---

tiae promissione; potestati tuae et fidei, quam b. Petro debes, committimus. Selbſt über die Prieſterehe gab er nach: Quod vero de sacerdotibus interrogastis, placet nobis, ut impraesentiarum, tum propter populorum turbationes, tum etiam propter bonorum inopiam, scilicet quia paucissimi sunt, qui fidelibus Christianis officia religionis persolvant, pro tempore rigorem canonicum temperando, debeatis sufferre. Der angeführte Grund hatte von Anfang an beſtanden, aber jetzt ſollten die verheiratheten Prieſter durch Verſtoßung nicht ſchlechthin gezwungen ſeyn, ſich an Heinrich anzuſchließen.

nn) Ueber dieſe Ereigniſſe beſ. *Bernold. Const. ann.* 1081 ss. Stenzel Bd. 1. S. 472 ff. Ueber Gregors Tod *Paul Bernried.* c. 108. 110, nach welchem ſeine letzten Worte waren: Dilexi justitiam et odivi iniquitatem, propterea morior in exilio. Dagegen eine ſchriftl. Nachricht über ſeinen Tod, welche in Deutſchland in Umlauf kam (b. *Sigbert. Gembl.* ad ann. 1085): in extremis positus — confessus est Deo et s. Petro et toti ecclesiae, se valde peccasse in pastorali cura, — et suadente Diabolo contra humanum genus odium et iram concitasse. — Dimisit ac dissolvit vincula omnium bannorum suorum imperatori et omni populo Christiano, vivis et defunctis etc. Immer merkwürdig, ſofern ſich darin die Anſicht vieler Zeitgenoſſen über die Rechtmäßigkeit der päpſtl. Anmaßungen ausſpricht.

weise ihrer Partheyen zu vertheidigen oo). Wie sehr sich in kurzer Zeit das Verhältniß zwischen Papstthum und Kaiserthum geändert hatte, erhellt daraus, daß die Verordnung Nicolaus II. über die Papstwahl, welche bey ihrem Erscheinen als die kaiserlichen Rechte beeinträchtigend betrachtet wurde, jetzt kaiserlicher Seits geltend gemacht, aber päpstlicher Seits nicht mehr genügend gefunden und zurückgewiesen wurde pp).

---

oo) s. Stenzel Bd. I. S. 495 ff. Außer den vor diesem § genannten Schriftstellern sind noch folgende auszuzeichnen: Für Gregor bes. *Anselmus* Ep. Lucensis († 1086) libb. II. contra Guibertum Antipapam, pro defensione Gregorii VII. geschr. 1084 (in Canisii lectt. ant. ed. Basnage T. III. P. I. p. 369. u. in Bibl. PP. Lugd. XVIII, p. 602). *Bernoldus Constant.* Mönch in St. Blasien, dann in Schafhausen. Von ihm außer d. Apologeticus pro decretis Gregorii VII. (in Gretseri Opp. T. VI. p. 52. Mansi XX. p. 404 ss.) viele Briefe (vgl. not. q am Ende) u. kleine Schriften, am vollständigsten in Monumenta res Alemannicas illustrantia T. II. p. 183 ss. *Bernardus* Scholasticus im Kloster Petershausen in Schwaben, dann Mönch in Hirschau, dem wahrscheinlich der Apologeticus super excommunicationem Gregorii VII. in Gretseri Opp. T. VI. angehört, s. Monum. res Alem. illustr. T. II. observatt. praev. p. XXII. — Für Heinrich, außer Weinrich und Dieterich, B. v. Verdun. (not. q): die *Apologia pro Henrico IV. Imp.* v. J. 1093, gegen Gregors Epist. ad Herimann. (not. b) u. gegen einige Schriften Bernhardi Corbej. Monachi gerichtet (nach Goldasts wahrscheinl. Vermuthung von Waltram, B. v. Naumburg, geschrieben; zuerst herausgeg. v. Hutten u. d. Titel de unitate Ecclesiae, in Goldasti Apolog. pro Henr. IV. p. 53 ss., in Freheri Scriptt. Rer. Germ. ed. Struve. T. I. p. 233 ss.). *Waltrami Naumburg.* tract. de investitura Episcoporum geschr. 1109 (b. Goldast. l. c. p. 226 ss.). *Wido*, später Bisch. v. Osnabrück, de Wiberto an in sedem Apostolicam legitime fuerit intronizatus, et Hildebrandus juste reprobatus, in Udalrici Cod. epist. no. 172. b. Eccard II. p. 184.

pp) vgl. Abth. 1. §. 23. not. k u. m. Als Desiderius, Abt v.

Caſſino (der ſpätere Papſt Victor III.) 1082 bey Heinrich IV. erſchien (*Chron. Casinense lib. III. c.* 50. in *Muratori Scriptt. Rer. Ital. T. IV. p.* 467), erinnerte ihn Otto, B. v. Oſtia (nachher Urbanus II.) an das privilegium Nicolai P. — ut nunquam Papa in Romana Ecclesia absque consensu Imperatoris fieret, quod si fieret, sciret se non pro Papa habendum esse, atque anathematizandum. Deſiderius erwiderte darauf, neque Papam, neque Episcopum aliquem, — nec ullum hominem hoc juste facere potuisse. — Quod si hoc a Nicolao Papa factum est, nec pro humana stultitia potest aut debet amittere suam dignitatem Ecclesia, nec unquam debet a nobis hoc aliquatenus consentiri, nec Deo volente amplius fiet, ut Rex Alemannorum Papam constituat Romanorum. Vergl. *Anselmus Lucensis contra Guibertum Antipapam lib. II.* (*Bibl. PP. Lugd. XVIII. p.* 609): Sunt item qui objiciunt, Nicolaum juniorem decreto Synodi constituisse, ut obeunte Apostolico Pontifice successor eligeretur, et electio ejus Regi notificaretur: facta vero electione, et, ut praedictum est, Regi notificata, ita demum Pontifex consecraretur. Quod si admittendum est, ut ratione factum dicatur, objicimus ad hoc confutandum, praefatum Regem et optimates ejus se ea constitutione indignos fecisse. Denn Nicolaum — quantum in se erat a Papatu deposuerunt, et nomen ejusdem in canone consecrationis nominari vetuerunt. Ferner hätten ſie ſich nach dem Decrete nicht gerichtet. Praeterea autem praefatus Wibertus aut sui, ut suae parti favorem ascriberent, quaedam in eodem decreto addendo, quaedam mutando, ita illud reddiderunt a se dissidens, ut aut pauca aut nulla exemplaria sibi concordantia valeant inveniri. Quale autem decretum est, quod a se ita discrepare videtur, ut, quid in eo potissimum credi debeat, ignoretur! Sed ut tandem invincibili gladio feriamus, praefatus Nicolaus, unus scilicet Patriarcha, cum quolibet Episcoporum Concilio non potuit abrumpere, imo nec mutare non obviantia fidei praefata decreta sanctorum quinque Patriarcharum — et sanctorum Patrum, — in quibus non inveniuntur quidquam regiae potestati in Pontificum electione seu promotione concessisse, imo, ut praedictum est, considentibus cum eis christianissimis Imperatoribus et non

Um die Handlungsweise Gregors gegen Heinrich richtig zu würdigen, dürfen seine Verhandlungen mit Wilhelm dem Eroberer K. v. England nicht übersehen werden. Das Cölibatgesetz erhielt auf der Synode von Winchester (1076) bedeutende Beschränkungen qq); den von ihm nach Rom entbotenen Bischöfen versagte der König die Erlaubniß zur Reise; die Investitur der Prälaten übte derselbe fortwährend aus rr); des Papstes Anmaßungen beantwortete er mit

---

contradicentibus, leguntur sub perpetuo anathemate vetuisse. — His itaque decursis patet praefatum decretum nullius momenti esse, nec unquam aliquid jurium habuisse. Et haec dicens non praejudico beatae memoriae Papae Nicolao, nec quidquam ejus honori derogo, Patrum sententias Dei spiritu conditas sequendo. Homo quippe fuit, eique, ut contra fas ageret, surripi potuit. *Bonizo* b. *Oefele II. p.* 818 s. sagt über die decreta Nicolai junioris, quibus anathemate interdictum ferunt, ut nemo adspirare audeat ad Pontificatum Romanum, nisi ex consensu Regis ejusque filii, folgendes: quod falsissimum esse omnibus modis declarabitur, quamvis et si verum esset, tamen nullius momenti esset. Nam etsi licet Romanis Pontificibus rigorem canonum temperare pro necessitate temporum, tamen non licet omnino destruere. — Sed bonae memoriae Dominum Nicolaum ab hac liberemus infamia, et testibus idoneis eum talia non dictasse demonstremus etc. Der Cardinal Deusdedit behauptete 1090, wie Anselmus, daß die Constitution des Nicolaus von der Parthey des Guibert verfälscht sey, s. *Baronius ad ann.* 1059. no. 31.

qq) *Conc. Wintoniense* ann. 1076 unter Lanfranks Vorsitze (Mansi XX. p. 462): Decretum est, ut nullus canonicus uxorem habeat. Sacerdotum vero in castellis vel in vicis habitantium habentes uxores, non cogantur ut dimittant; non habentes interdicantur ut habeant; et deinceps caveant Episcopi, ut sacerdotes vel diaconos non praesumant ordinare, nisi prius profiteantur, ut uxores non habeant.

rr) *Gervasius Cantuariensis Mon.* (um 1201) *de discordiis inter Monachos Cantuar. et Baldwinum Archiepisc.* (*Scriptt. X. Anglici*

ſchneidender Kälte ss): dennoch wagte Gregorius gegen dieſen kräftigen Fürſten nichts weiter, ſchon froh, daß derſelbe nicht auf ſeiner Seite weiter ging tt).

Lond. 1652. *fol. p.* 1327): Petivit (Lanfrancus) Regem (Guilelmum), ut sibi donationem abbatiae concederet, sicut omnes praedecessores suos constat habuisse. Respondit Rex et dixit, se velle omnes baculos pastorales Angliae in manu sua tenere. Lanfrancus ad haec miratus est, sed propter majores ecclesiae Christi utilitates, quas sine Rege perficere non potuit, ad tempus siluit.

ss) *Guilelmi R. Ep. ad Gregorium* b. Baronius ann. 1079 no. 25: Hubertus Legatus tuus, religiose pater, ad me veniens ex tua parte me admonuit, quatenus tibi et successoribus tuis fidelitatem facerem, et de pecunia, quam antecessores mei ad Romanam Ecclesiam mittere solebant, melius cogitarem. Unum admisi, alterum non admisi. Fidelitatem facere nolui, nec volo: quia nec ego promisi, nec antecessores meos antecessoribus tuis id fecisse comperio. Pecunia tribus fere annis in Galliis me agente, negligenter collecta est. Nunc vero divina misericordia me in regnum meum reverso, quod collectum est, per praefatum mittitur, et quod reliquum est, per Legatos Lanfranci Archiepiscopi fidelis nostri, cum opportunum fuerit, transmittetur. Darauf *Gregorius lib. VII. Ep. I.* an Hubert, ſeinen Legaten dd. 24. Sept. 1079: — pecunias sine honore tributas quanti pretii habeam, tu ipse optime potuisti dudum perpendere. — Verum multa sunt, unde s. Romana ecclesia adversus eum queri potest. Nemo enim omnium regum, etiam paganorum, contra apostolicam sedem hoc praesumsit tentare, quod is non erubuit facere; scilicet ut episcopos, archiepiscopos, ab Apostolorum liminibus ullus tam irreverentis et impudentis animi prohiberet. Namentlich forderte Gregor vergebens den Lanfrank nach Rom. ſ. *Lib. VI. Ep.* 30. Indeß hat gewiß auch Lanfranks Empfindlichkeit gegen Gregor über deſſen Benehmen gegen Berengarius, beſ. 1078 (ſ. Abth. I. §. 29. not. s), welche ſich ſehr deutlich in der Epist. ad Greg. (b. Baron. ann. 1079 no. 23. ausſpricht, auf Wilhelm gewirkt.

tt) *Lib. VII. Ep.* 23. *ad Guilelm:* (— gemma principum esse

§. 48.

Victor III. (1085—1087). Urbanus II. (1088—1099).

Nach Gregorius Tode erhielt Heinrich IV. in Deutſchland wie in Italien anfangs ein ſo entſchiedenes Uebergewicht, und Gregors Nachfolger Victor III. und Urbanus II. a) wurden von dem kaiſerl. Papſte Clemens III. ſo hart bedrängt b), daß die Gregorianiſche Parthey den Frieden zu wünſchen anfing c).

---

meruisti.) — *Ep.* 25. ad eund. *Ep.* 26. ad Matthildem Regin. Angl. *Ep.* 27. ad Robert. Regis Angl. filium, ſämmtl. v. J. 1080. Vgl. beſ. *Lib. IX. Ep.* 5. *ad Hugonem Diensem Episc.* i. J. 1081. Dieſer Legat hatte die Normänniſchen Biſchöfe, weil ſie, zu einem Concilio eingeladen, nicht erſchienen waren, ſuſpendirt. Gregor befiehlt ihm, ſie zu reſtituiren, um den König Wilhelm nicht zu erbittern: Rex Anglorum licet in quibusdam non ita religiose, sicut optamus, se habeat; tamen — caeteris regibus se satis probabiliorem ac magis honorandum ostendit. Unde non indignum debet existimari, potestatem illius mitius esse tractandam. — Quare volumus, ut fraternitas vestra supra memoratis episcopis — restitutionis literas mittat: et praefatum regem in talibus ulterius sine assensu nostro non exasperet. Videtur enim nobis multo melius atque facilius lenitatis dulcedine ac rationis ostensione, quam austeritate vel rigore justitiae illum Deo lucrari, et ad perpetuum b. Petri amorem posse provocari.

a) Urbani II. vita von Ruinart, in Ouvrages posthumes de J. Mabillon et de Th. Ruinart T. III. (Paris 1724. 4.) p. 1-410.

b) Schloſſer's Weltgeſch. Bd. 3. Th. 1. S. 200 ff.

c) *Bernoldi Const.* ad ann. 1089: Sed jam aliquantulum diuturna regni discordia inter catholicos et schismaticos tepescere coepit, ut non jam bellum ad invicem, sed pacem componere sanius judicarent. Quapropter duces et comites S. Petro fideles cum Heinrico colloquium habuerunt, eique suum consilium et auxilium ad obtinendum regnum firmissime

Doch bald änderte ſich die Lage der Dinge zu Gunſten dieſer Parthey. In Italien gewann ſie ſchon die Oberhand, nachdem ſie Heinrichs Sohn, Conrad, auf ihre Seite gezogen, und zum Könige von Italien erhoben hatte (1093) d).

promiserunt, si Guibertum haeresiarcham vellet dimittere, et ad ecclesiasticam communionem per catholicum pastorem remeare. Quam quidem conditionem nec ipse multum respuit: si tamen in hoc ei principes assentiri vellent, videlicet Episcopi, qui se cum Guiberto deponendos esse non dubitaverunt, eo quod in ejus parte ordinationem, immo execrationem, perceperunt. Hi ergo ei penitus hac vice dissuaserunt, ne s. Matri Ecclesiae reconciliaretur.

d) *Chron. Ursperg. ad ann.* 1099 *p.* 175: Chunradus causam rebellationis suae paucis tantum sibique familiarissimis in regno detegens, — per quasdam Italiae partes et nomen et dignitatem regis annis fere novem obtinuit. — Erat vir per omnia catholicus, et Apostolicae sedi subjectissimus, plus religioni quam fascibus vel armis deditus, fortitudine tamen et audacia satis et super instructus, lectioni quam lusibus vacare malebat: — coelibatus pudorem perpetualiter servare cum proposuisset, coactus tamen — duxit uxorem. — Murmur, quod per totum Romanum imperium patris sui mores laniabat, quodque ipsum sibi offensae patris ac suae ab illo discessionis causa extitit, auribus propriis nunquam patiebatur inferri, semper illum dominum suum et Caesarem et Imperatorem cognominans etc. Ueber die Ausſchweifungen Heinrichs ſ. *Vita Conradi Archiep. Salisburg.* c. 2. (in Pez Anecdot. T. II. P. III. p. 224): primum locum gratiae apud Imperatorem habebant nobiles ac speciosae abbatissae et moniales, necnon et aliae mulieres, forma et genere clarissimae, quae idcirco curiam sequebantur, eo quod venalis eis esset pudicitia et decus formae, et ad earum favorem et intercessionem darentur episcopatus, abbatiae, praeposituraе et ceteri ecclesiastici honores (daß ſich dieſe Stelle auf Heinrich IV., nicht Heinrich V., bezieht, ſ. Stenzel Bd. 2. S. 134). Dennoch ſind die Gründe, welche *Dodechinus* (Abt von Diſenberg um 1200) in ſ. Append. ad Mariani Scoti Chron. ann. 1093 (b.

Aber fast allmächtig wurde Urbanus II. im Abendlande, als der Fanatismus der Kreuzzüge, von seinem Stuhle ausgehend, alle Geister mächtig ergriff, und an ihn als das Haupt der streitenden Kirche mit neuen Banden kettete e).

Schon lange hatte die durch die Ungläubigen geübte Bedrückung der Pilger in Palästina, besonders seit hier die rohen Seldschucken herrschten (1073), Haß und Erbitterung im Abendlande erregt f): als Peter der Einsied-

---

Pistorius-Struve T. I. p. 661 s.) dem Abfalle Conrads unterschiebt, offenbar giftige Erdichtungen gegen Heinrich. — *Otbertus* de vita Henrici IV. (in Goldasti Apol. p. 214): Filius Imperatoris — a Mathilde persuasus — junctus inimicis patris etc. F. v. Raumer's Gesch. d. Hohenstaufen und ihrer Zeit (Leipzig 1823 f. 6 Bde.) Bd. 1. S. 235 ff. Stenzel Bd. 2. S. 159.

e) Besondere Quellen über die Kreuzzüge gesammelt: *Gesta Dei per Francos*, s. orientalium expeditionum et regni Francorum Hierosolymitani hist. (coll. Jac. Bongars). Hanov. 1611. T. II. fol. Die wichtigsten sind *Willelmus* Archiep. Tyri bis 1180 in XXIII. libb., *Jacobus de Vitriaco* (zuletzt Cardinal † 1244) historiae orientalis et occident. libb. III. bis 1218. — Bearbeitungen: Esprit des Croisades (von Mailly Prof. in Dijon). Paris 1780. 4 voll. in 12. geht bis 1099 (übers. Gesch. d. Kreuzz. Leipz. 1782. 2 Bde. 8.). Fr. Wilken's Gesch. d. Kreuzzüge. Leipzig 1807—1830. 6 Bde. J. Chr. L. Haken's Gemälde der Kreuzzüge nach Palästina. Frankf. a. d. O. 1808—1820. 3 Th. bis 1187. Histoire des croisades par *M. Michaud*. 4 Tomes. 4ème edit. corrigée et augmentée. Paris 1825—27. 8. Außerdem für den ersten Kreuzzug: Schlosser's Weltgesch. Bd. 3. Th. 1. S. 128 ff. Raumer's Gesch. der Hohenstaufen. Bd. 1. S. 37 ff.

f) Erste Idee eines Kreuzzugs in *Sylvestri P. II.* Epist. ex persona Hierusalem devastatae ad universalem Ecclesiam v. J. 999 (b. Bouquet T. X. p. 426). — Dann *Gregorii P. VII. lib. II. Ep.* 31. *ad Henricum R.* v. J. 1074. — *Chron. Casin. III, c.* 71: *Victor III.* (1086) de omnibus fere Italiae populis Christianorum exercitum congregans, atque vexillum b. Petri

ler, von Urban II. bevollmächtigt (1094), den Funken zur Flamme anblies. Die Synoden in Piacenza (März 1095) g) und Clermont (Nov. 1095) h) vollendeten das Werk: und alsbald war eine unzählbare Menge, zum Theil freylich eben

---

Apostoli illis contradens, *sub remissione omnium peccatorum* contra Saracenos in Africa commorantes direxit.

g) *Bernold. Const.* ad ann. 1095.

h) Beſchreibung derſelben von dem Augenzeugen *Baldricus*, Biſch. v. Dol in Bretagne, in deſſ. *historia Jerosolimitana* (b. Bongars I. p. 86) u. den Zeitgenoſſen *Robertus*, Mönch in Rheims, *hist. Hierosolym.* lib. I. (ib. p. 31), *Fulcherius* Carnotensis *gesta peregrinantium Francorum* (ib. p. 382), *Guibertus*, Abb. Monasterii S. Mariae Novigenti, hist. Hierosolym. (ib. p. 478), *Ekkehardus*, Abt v. Urau im Würzburgiſchen, de expugnatione Hierosolym. (in Martene collectio ampliss. V, p. 507 iſt in das Chron. Ursperg. abgeſchrieben). — Ueber die Bezeichnung mit dem Kreuze *Baldricus* l. c. p. 88: statim omnes in vestibus superamictis consuerunt sanctae crucis vexillum. Sic etenim Papa praeceperat, et ituris hoc signum facere complacuerat: quippe praedicaverat Summus Pontifex, Dominum dixisse sequacibus suis: »Si quis non bajulat crucem »suam et venit post me, non potest meus esse discipulus.« (Luc. 14, 27). Iccirco debetis, inquit, vobis crucem coaptare vestris in vestibus: quatenus et ex hoc tutiores incedatis, et his, qui viderint, exemplum et incitamentum suggeratis. — Allgemeiner Ablaß: *Can. Claromontanus II.* (Mansi XX. p. 816): Quicunque pro sola devotione, non pro honoris vel pecuniae adeptione, ad liberandam ecclesiam Dei Jerusalem profectus fuerit, iter illud pro omni poenitentia [ei] reputetur. Aus der Rede Urbans bey *Willelm. Tyr.* lib. I. (b. Bongars I. p. 640): Nos autem de misericordia Domini, et bb. Petri et Pauli Apostolorum auctoritate confisi, fidelibus Christianis, qui contra eos arma susceperint, et onus sibi hujus peregrinationis assumserint, injunctas sibi pro suis delictis poenitentias relaxamus. Qui autem ibi in vera poenitentia decesserint, et peccatorum indulgentiam et fructum aeternae mercedis se non dubitent habituros.

so sehr durch Hang nach Abentheuern, Druck im Vaterlande, und Durst nach Gewinn, als durch religiöse Begeisterung getrieben i), bereit den Winken des Papstes zu folgen.

---

i) *Baldricus* l. c. p. 88: quaedam Christianis intima inspirabatur voluntas, ut pene omnes iter arriperent, si stipendiorum facultas eis suppeteret. Laetabantur patres, filiis abscedentibus; gaudebant uxores abeuntibus maritis dilectissimis, plusque tristabantur, quod remanebant. — Excessit tamen medicina modum, quia plusquam debuit in quibusdam eundi voluntas surrepsit. Nam et multi Heremitae et Reclusi et Monachi domiciliis suis non satis sapienter relictis ire viam perrexerunt: quidam autem orationis gratia ab Abbatibus suis accepta licentia profecti sunt, plures autem fugiendo se subduxerunt. Multi etiam de gente plebeja crucem sibi divinitus innatam jactando ostentabant, quod et idem quaedam ex mulierculis praesumserunt: hoc enim falsum deprehensum est omnino. Multi vero ferrum calidum instar crucis sibi adhibuerunt, vel peste jactantiae, vel bonae suae voluntatis ostentatione. Sed de his, ut libet. Talibus enim rumoribus concursus euntium in tantum augmentabatur, ut jam esset numerus innumerus. *Ekkehardus Abb. Uraugiensis* c. 8. in Martene coll. ampl. V. p. 517: Francigenis Occidentalibus facile persuaderi poterat sua rura relinquere. Nam Gallias per annos aliquot nunc seditio civilis, nunc fames, nunc mortalitas nimis afflixerat etc. *Petrus Diac.* in Chron. Casin. lib. IV, c. 11: Fertur autem commotionem hanc apud Gallias occasione quorundam poenitentium principium accepisse. Qui videlicet propterea quod de innumeris sceleribus digne apud suos poenitere nequibant, et quod sine armis, utpote seculares, inter notos conversari vehementer erubescebant, auctoritate atque consilio s. memoriae P. Urbani, prudentis plane et vere Apostolici viri, — ultramarinum iter ad sepulcrum Domini a Saracenis eripiendum, in poenitentiam et remissionem peccatorum suorum illis injunctum, fide promtissima se arripere spoponderunt, certi et indubii redditi, quod quicquid adversi, quicquid periculi, quicquid denique incommodi illis contingeret, loco poenitentiae a Domino recipiendum etc.

Als Lenker dieſer mit gewaltiger Kraft eintretenden geiſtigen Bewegung, und als höchſter Oberherr der großen ſich jetzt bildenden Kreuzheere, erhielt Urban unermeßliche Macht k).

Sigebertus Gemblac. ann. 1096: Et quanto quis hactenus ad exercendam mundi malitiam erat pronior, tanto nunc ad exercendam ultro dei militiam fit promtior. *Willelm. Tyr.* lib. I. (b. Bongars I. p. 641): Nec tamen apud omnes erat in causa Dominus, et virtutum mater discretio votum excitabat: sed quidam ne amicos desererent, quidam ne desides haberentur, quidam sola levitatis causa, aut ut creditores suos — declinantes eluderent, aliis se adiungebant. Vgl. Wilken I. S. 59 ff.

k) Aus Urbans Rede in Clermont b. *Willelm. Tyr.* p. 640: Interim vero eos, qui ardore fidei ad expugnandos illos laborem istum assumserint, sub ecclesiae defensione et bb. Petri et Pauli protectione, tanquam verae obedientiae filios recipimus, et ab universis inquietationibus, tam in rebus quam in personis, statuimus manere securos. Si vero quisquam molestare eos interim ausu temerario praesumserit, per episcopum loci excommunicatione feriatur, et tamdiu sententia ab omnibus observetur, donec et ablata reddantur, et de illatis damnis congrue satisfiat. Man vgl. noch die Erzählung des um d. J. 1182 geſchriebenen *Chron. Casauriense* lib. V. init. (in Muratorii Scriptt. Rer. Ital. T. II. P. II. p. 872): Urbanus dolens, quia Saraceni occupaverant s. civitatem Hierusalem —, praedicavit remissionem peccatorum, et vice sibi tradita a Deo omnibus dedit, quicunque Hierusalem tenderent, et civitatem et terram transmarinam, quae a Saracenis possidebatur, liberarent. Adjiciens etiam hoc, ut si quisquam in via, sive in pugna, pro Christo moreretur, in numero Martyrum absolutus ab omnibus peccatis suis computaretur. Et dum totus mundus post eum curreret, avidus remissionem peccatorum accipere, et in numero SS. Martyrum esse, contigit, ut hoc praedicans praedictus Summus Pontifex devenerit Thyetum —. Quod agnoscens *Grimoaldus* [Abbas monast. Casaur.] accessit ad eum, et expositis calamitatibus ecclesiae suae et destructione funditus, cum maxima reverentia a prae-

Im Gefühle derselben erneuerte er in Clermont, in Philipps eigenem Lande, den Bann über diesen König wegen der Vermählung mit Bertrada l), hob in Gregors VII. Geiste alle noch unberührt gebliebene Abhängigkeitsverhältnisse der Geistlichen von Layen auf m), und bereicherte den Curialstyl für

---

dicto P. Urbano susceptus est, *et sub protectione Romanae ecclesiae, quam hactenus Abbatia S. Clementis ignoraverat, quia ab Imperatoribus gubernabatur, meruit collocari.* Hic primus ab illo in Abbatem consecratus, baculum pastoralem in loco sceptri regalis, quod Antecessores sui, et ipse ex dono Imperatoris in dextera portabant, suscepit etc. In der Chronik ist zum Jahre 1098 diese Scene abgebildet, wobey dem Urban die bedeutungsvollen Worte in den Mund gelegt werden (l. c. p. 771):

Caesaris ob sceptrum baculum tibi porrigo dextrum,
Quo bene sis fretus: *plus Caesare dat tibi Petrus.*

l) Ueber die ganze Geschichte, namentlich zur Widerlegung der im 15ten Jahrh. entstandenen Meinung, daß während Philipps Bann die öffentlichen Urkunden nicht Regnante Philippo, sondern Regnante Christo bezeichnet seyen, s. *Dav. Blondellus* de formulae Regnante Christo in veterum monumentis usu. Amstelod. 1646. 4. p. 1—319.

m) Schon vorbereitet in *Concil. Melfitan.* ann. 1090 can. 11. (Mansi XX. p. 723): Ne gravamen aliquod sancta patiatur ecclesia, nullum jus laïcis in clericos esse volumus et censemus. Unde cavendum est, ne servilis conditionis aut curialium officiorum obnoxii ab Episcopis promoveantur in clerum. — Quod si forte clericorum aliquis cujuslibet laïci possessionibus usus fuerit, aut vicarium, qui debitum reddet, inveniat, aut possessione cedat, ne gravamen ecclesiae inferatur. *Can. Clarom.* XVII.: Ne Episcopus vel sacerdos regi vel alicui laico in manibus ligiam fidelitatem faciat. (Nach *Maimbourg hist. de la decadence de l'Empire après Charlemagne* und *de Marca de Conc. Sac. et Imp. lib. VIII. c.* 21. §. 4. hätte schon Gregor VII. dies verboten: s. dag. *Enr. Noris Istoria delle investiture. Mant.* 1741. *fol. p.* 279). Der Grund,

kirchliche Gnadenbriefe mit Drohungsformeln gegen die Fürsten n). Wohin die Begeisterung für Kreuzzüge drang, da war über Heinrich IV. und seinen Papst Clemens III. das Urtheil gesprochen. So behielt zwar Heinrich in Deutschland noch die Oberhand o), Clemens wurde aber durch ein Kreuz-

---

welchen nach Roger von Hoveden der Papst dafür gebrauchte, ist derselbe, nur stärker ausgedrückt, welchen sich schon Hincmar einfallen ließ (s. Abth. I. §. 24. not. e). Indeß ist dieser Canon nie in Gültigkeit getreten s. *de Marca* l. c. ss. — Außerdem *Can. Clarom. XV:* Ut nullus ecclesiasticum aliquem honorem a manu laïcorum accipiat. *XVI:* Interdictum est, ne Reges vel alii Principes aliquam investituram de ecclesiasticis honoribus faciant. *XVIII:* Ut nullus presbyter capellanus alicujus laici esse possit sine concessione sui episcopi.

n) Zwar waren schon zu Gregors VII. Zeiten die berüchtigten *Privilegia Augustodunensia* Gregor dem Großen untergeschoben, in welchen sich die Formel findet: Si quis vero Regum, Sacerdotum, Judicum, personarumque saecularium hanc constitutionis nostrae paginam agnoscens contra eam venire tentaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat etc. und Gregor VII. führt diese Worte schon *Lib. VIII. Ep.* 21. *ad Herimannum Metensem* (s. §. 47. not. y) zur Vertheidigung seines Urtheils gegen Heinrich IV. an. (Ueber die Unächtheit jener Privilegia s. Launoji Opp. T. V. P. II. p. 415 ss.). Urbanus eignete sich auf dem Concile zu Clermont zuerst diese Formel wirklich an. Sie lautet in dem dort erlassenen *Privilegium Eccl. Attrebatensis* (b. Mansi XX. p. 669): Si quis in crastinum Archiepiscopus, Episcopus, Imperator aut Rex, Princeps aut Dux, Comes aut Vicecomes, judex, aut persona quaelibet magna vel parva hujus nostri privilegii paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat etc. Zunächst wiederholte diese Formel Paschalis II. in den Privileg. novi monast. Cabillon. i. J. 1100 (Mansi XX, p. 981): später kommt sie sehr oft vor.

o) *Ekkehardus Abb. Uraug.* c. 9. in Martene coll. ampl. V. p. 517 (aus demf. Chron. Ursp. u. Annal. Saxo): Orientalibus

heer aus Rom verjagt p), und verlohr in Italien alle Bedeutung († 1100). Dagegen vermogte auch diese Wendung der Dinge den Grafen Roger von Sicilien nicht, seine landesherrlichen Rechte in Kirchensachen aufzugeben: und um diesen unentbehrlichen Bundesgenossen nicht zu verlieren, übertrug ihm Urbanus die Würde eines päpstlichen Legaten in Sicilien (1098 monarchia ecclesiastica Siciliae) q).

---

autem Francis, Saxonibus et Thuringis, Bajoariis et Alemannis haec buccina minime insonuit propter illud maxime schisma, quod inter regnum et sacerdotium a tempore Alexandri Papae usque hodie tam nos Romanis, quam Romanos nobis invisos et infestos jam heu! firmavit. Inde est, quod omnis pene populus Teutonicus, in principio profectionis hujus causam ignorantes, per terram suam transeuntes tot legiones equitum, tot turmas peditum, totque catervas ruricolarum, foeminarum ac parvulorum, quasi inaudita stultitia delirantes, subsannabant, utpote qui pro certis incerta captantes, terram nativitatis vane relinquerent, terram repromissionis incertam certo discrimine appeterent, renuntiarent facultatibus propriis, inhiarent alienis. Sed quamvis nostra gens ceteris multo sit insolentior, respectu tamen miserationis divinae inclinatur tandem ad verbum ejusdem remunerationis furor Teutonicus, a commeantium scilicet turbis rem ad integrum edoctus.

p) *Fulcherius* Carnot. (b. Bongars I. p. 384), *Otto* Frising. VIII. cap. 6. Wie der Fanatismus alle sittlichen Begriffe verkehrte, geht besonders hervor aus der Erklärung *Urbani II. ad Godofred. Ep. Lucanum* (in Gratiani Decret. P. II. Caus. XXIII. Qu. 5. c. 47): Non enim eos homicidas arbitramur, quos adversus excommunicatos zelo catholicae matris ardentes, aliquos eorum trucidasse contigerit.

q) Darüber der Zeitgenosse *Gaufredus Malaterra* in s. hist. Sicula lib. IV. c. 29. (in Murator. SS. Rer. Ital. T. V. p. 601 s.). In Urbans Privilegium (l. c. und b. Mansi XX. p. 659) heißt es: Quia — probitas tua — S. Sedi Apostolicae devotam se multis modis semper exhibuit, nos in specialem atque carissi-

Das große Kreuzheer eroberte wirklich Jeruſalem (15. Jul. 1099), und es entſtand ein Königreich Jeruſalem, in welchem der Papſt auch auf die weltlichen Angelegenheiten einen bedeutenden Einfluß hatte.

§. 49.

Paſchalis II. (1099—1118).

Paſchalis II. hatte dieſelben Grundſätze, aber nicht dieſelbe Feſtigkeit, wie ſeine nächſten Vorgänger. Den Philipp, K. v. Frankreich, welcher die Verbindung mit der Bertrada erneuert hatte, ließ er zwar durch ſeine Legaten auf der Synode zu Poitiers (1100) excommuniciren a), und

---

u) Jetzt wollte nämlich der Kaiſer, der ſeit der Schlacht b. Cortenuova (Nov. 1237) die entſchiedene Oberhand hatte, von neuen päpſtl. Vermittelungen nichts mehr hören. Die Bannurkunde b. *Matth. Paris.* p. 486 u. *Rayn.* ann. 1239 no. 2 ss. Unter den Gründen der Excommunication ſind die merkwürdigſten: I. quod contra Romanam Ecclesiam seditionem iniit in urbe, III. quod non permittit quasdam cathedrales et quasdam alias vacantes Ecclesias in Regno ordinari, IV. quod in regno clerici capiuntur et incarcerantur, proscribuntur et occiduntur, VII. quod nepotem Regis Tunicii venientem ad Ecclesiam Romanam pro suscipiendo baptismatis sacramento detinet nec venire permisit, IX. quod terras Ecclesiae sc. Ferrariam etc. et terram Sardiniae occupavit contra juramentum, quo super hoc Ecclesiae tenetur, temere veniendo, XVI. quod per ipsum impeditur negotium terrae sanctae, et reparatio Imperii Romaniae. Friedrich ließ durch die Legaten, welche ihm den Bann

Jetzt begann ein Kampf auf Leben und Tod. Zunächst suchten beide Theile in heftigen Schriften und Gegenschriften die öffentliche Meinung für sich zu gewinnen: und hier war es, wo der Papst, von dem Kaiser Ketzerbeschützer gescholten v),

---

ankündigten, dem Papste eine Beantwortung jener Klagen zukommen, die meistens schlagend genug ist b. *Matth. Paris.* p. 492 ss.

v) Friedrich erließ sogleich Schreiben an die Cardinäle (Matth. Paris p. 491. Petri de Vineis epistoll. I, 6.) an die Römer (Matth. Par. p. 490. Petr. de Vin. I, 7.) an alle Fürsten (Matth. Par. p. 500 ss. Petr. de Vin. I, 21.) u. s. w. Der Letzte entwickelt die Verhältnisse am ausführlichsten. U. a. Indignum praeterea se tanti coërcitione Principis, et generaliter qualibet Pontificalis auctoritate judicii reddidit, dum Mediolanensem civitatem, quae pro maxima parte — inhabitatur haereticis, contra nos et Imperium manifesto favore tuetur. — Quantumcunque conscientiae nostrae librum sollicite revolvamus, nullam in nobis occasionem invenimus ad causam, propter quam iste inimicus homo contra nos debuisset tam acriter commoveri. Nisi quod cum ipso contrahere de nepte sua desponsanda Henrico naturali filio nostro, nunc Regi Turris et Gallurae nostra magnificentia credidit indecens et reputavit indignum. — Ad domos vestras cum aqua concurrite, dum ignis accenditur in vicinis. Causam motus Pontificalis attendite, quod in favorem rebellium nostrorum procuratur. Quae causa licet ad praesens expressa non fuerit, proculdubio tamen subest. Similia vobis in vestris imminere pericula timeatis. Facilis enim et Regum et aliorum Principum omnium humiliatio creditur, si Caesaris Romanorum potentia conteratur, cujus clypeus prima jacula sustinet adversantium. Haec est namque causa pro vero, videlicet de Lombardis, quae cor Papae pungebat et urebat intrinsecus: licet ipsam foris educere propter nostrum et audientium scandalum non auderet: pro qua nobis per specialem suum nuncium fide dignum (cujus ad hoc testimonium invocamus) oretenus expresse promisit, quod si negotium Longobardorum in ejus arbitrio poneremus, nedum quod in aliquo ma-

dieſem den Vorwurf völligen Unglaubens zurückgab w), ein

---

gnificentiam nostram offenderet, verum etiam totius orbis decimas, terrae sanctae necessitatibus consecratas, nostris utilitatibus applicabat.

w) *Gregorii ep. ad omnes Principes et Praelatos terrae* (b. Matth. Paris p. 506. Mansi XXIII. p. 79 ss.): Ascendit de mari bestia, blasphemiae plena nominibus, quae pedibus ursi, et leonis ore desaeviens ac membris formata caeteris sicut pardus, os suum in blasphemias divini nominis aperit, tabernaculum ejus et sanctos, qui in coelis habitant, similibus impetere jaculis non omittit. — Igitur admirari desinite omnes, ad quos ab hac bestia contra nos edita pervenerunt obloquia blasphemiae. Nun eine lange Auseinanderſetzung der Verhältniſſe, und am Schluſſe: iste Rex pestilentiae a tribus Baratoribus, ut ejus verbis utamur, scilicet Christo Jesu, Moyse et Machometo, totum mundum fuisse deceptum: et duobus eorum in gloria mortuis, ipsum Jesum in lignum suspensum manifeste proponens: insuper dilucida voce affirmare, vel potius mentiri praesumpsit, quod omnes fatui sunt, qui credunt, nasci de virgine Deum, qui creavit naturam et omnia, potuisse. Hanc haeresim illo errore confirmans, quod nullus nasci potuit, cujus conceptum viri et mulieris conjunctio non praecessit: et homo debet nihil aliud credere, nisi quod potest vi et ratione naturae probare. Schon der leidenſchaftliche Ton beweiſet, wie ſehr er ſich durch jene Erklärungen Friedrichs getroffen fühlte. Freilich blieb ihm dieſer jetzt nichts ſchuldig. In ſeiner Antwort (Petr. de Vin I, 31.) erklärt er ihn für die bellua, wovon Apoc. 6, 4. — ipse est Draco magnus, qui seduxit universum orbem, Antichristus est, cujus nos dixit esse praeambulum: et alter Balaam conductus pretio, ut malediceret nobis, princeps per principes tenebrarum, qui abusi sunt Prophetiis. Hic est angelus prosiliens de abysso, habens phyalas plenas amaritudine, ut mari et terrae noceat. Inseruit enim falsus Christi vicarius fabulis suis, nos Christianae fidei religionem recte non colere, ac dixisse tribus baratoribus mundum esse deceptum: quod absit de nostris labiis processisse, cum manifeste confiteamur unicum Dei

Vorwurf, der, zwar von Unbefangenen sogleich richtig gewürdigt, doch in diesem Munde großes Gewicht erhielt x). In-

filium etc. Nun orthodoxe Erklärungen über s. Meynung von Christus, Muhamet und Moses. In iis et aliis accusator noster et aemulus ponens adversus filium matris Ecclesiae scandalum, contra nos mendaces et venenosas notas mundo inscripsit. Sed si rectitudo sensus Apostolici non fuisset intrinsecus impedita, nec praeposuisset impetum rationi, qui dominatur in ipso, talia non scripsisset.

x) *Matth. Paris* p. 512. Von den Wirkungen des päpstl. Schreibens: Haec igitur — imperialem epistolam suspectam, licet probabilia contineret, reddiderunt. — Et nisi Romana avaritia devotionem populorum a Domino Papa, plusquam expediret et deceret, avertisset: totus mundus hac epistola exasperatus in Imperatorem, quasi in manifestum hostem Ecclesiae et Christi inimicum, graviter et unanimiter insurrexisset. Sed proh dolor! multi filii a patre suo Papa avulsi sunt, et Imperatori adhaerentes asserebant, quod *odium inexorabile, inter eos jam induratum,* praedicta jurgia et invectiones excogitatas excitabat. — Addiditque populus: Quid sibi vult istud! Retroactis temporibus imposuit Papa Imperatori, quod ipse Machometo legique Saracenicae plus consensit, quam Christo vel legi Christianae: nunc autem in sua invectiva epistola imponit eidem, quod tam Machometum, quam Jesum vel Moysem, quod horribile est recitare, vocat Baratazem. In epistolis suis humiliter de Deo scribit Imperator et catholice, nisi tantum quod hac ultima Papali personae derogat, non officio: nec publice praedicat, nec procaciter sustinet quicquam haereticum, ut novimus adhuc, vel profanum: non usuraries nobis misit, vel raptores redituum. Et sic ortum est jam schisma in populis formidandum. Um jene Anschuldigung gegen Friedrich zu würdigen, beachte man: 1) wie sein Verkehr mit Saracenen, seine saracenischen Krieger (1223. Versetzung der Saracenen aus Sicilien nach Luceria in Apulien), seine Achtung gegen arab. Gelehrte (In *Abulfeda* Annal. Muslem. vol. IV. p. 349 sagt Gemal-ed-din, der um 1260 als Gesandter bey Manfred war, von ihm: Erat Imperator vir inter

deß wurden Gregors Verſuche, Friedrichen einen Gegenkai-

Francorum principes ingenii dotibus excellens, philosophiae et logices et medicinae amans, animo in Muslemos propensus, quod valde mirum in eo non est, quum in Sicilia, cujus incolae plurimi Muslemi sunt, adolevit) ihn in jener Zeit leicht in Verdacht einer Hinneigung zum Muhammedanismus bringen konnten, beſonders ſeit ſchon früher der Papſt dieſen ausgeſprochen hatte (ſ. oben not k u. l); 2) daß zwiſchen dem erſten und zweyten Banne nichts davon laut wird, während Friedrich den Papſt mit der Unterdrückung der Ketzereyen in Mayland ängſtigt, und daß ſelbſt in der zweyten Bannbulle (not. u), wo alles zuſammengeſucht iſt, dergleichen nichts vorkommt. Gleich darauf aber muß das Gerücht dem Papſte zu Ohren gekommen ſeyn: alſo zu einer Zeit, wo die Leichtgläubigkeit und Leidenſchaftlichkeit des faſt hundertjährigen Mannes ohne Zweifel Ohrenbläſer genug aufmunterte. 3) Daß Innocentius IV. in Lyon 1245 dieſe Anklage nicht zu wiederholen wagt (ſ. unten §. 56. not. d). 4) Schon im J. 1201 ſoll Simon de Tournay Prof. d. Theol. in Paris geſagt haben: tres sunt, qui mundum sectis suis et dogmatibus subjugarunt, Moyses, Jesus et Mahometus. Moyses primo judaicum populum infatuavit, Jesus Christus a suo nomine Christianos, gentilem populum Mahometus. ſ. *Thomas Cantipratanus* (Dominicaner † 1263) *bonum universale de apibus* lib. II. c. 48. no. 5. Und ein geiſtreicher Mann, wie Friedrich es doch gewiß war, ſollte nachher ſich dieſe fremde Frivolität angeeignet haben? 5) Friedrich mag allerdings über manche Dogmen freyer gedacht haben, als ſeine Zeitgenoſſen (ſ. beſ. das Urtheil des Arabers oben not. k): doch dürften die Anekdötchen von ſeinem Unglauben b. *Albericus* p. 568 u. ſ. w. (vgl. Raumer IV. S. 36) und ſchändlichen Sitten (Ebend. IV. S. 231) nicht unbedingten Glauben verdienen: und ich möchte deshalb nicht mit Schloſſer III. II. I. S. 147. 407. 425. demſelben allen religiöſen und moraliſchen Glauben abſprechen. Vgl. Raumer III. S. 569. IV. S. 39. — Die Schrift de tribus impostoribus iſt neuern Urſprungs vgl. Brem- und Verdiſches Hebopfer Bd. 1. S. 869 ff. Brem- und Verdiſche Bibl. Bd. 3. S. 831 ff. Schriften d. Anhalt. deutſchen Geſellſch. Bd. 1. St. 2. S. 3.

ser entgegenzustellen, nicht nur in Deutschland y) kräftig zu-

y) Einige deutsche Prälaten und Fürsten schreiben in einem die Herstellung des Friedens beabsichtigenden Briefe (in *Hahnii* collect. monument. T. I. p. 234, wahrsch. demselben, von welchem *Albert. Stad.* ad ann. 1240. p. 213 spricht) dem Papste gerade zu, der Kaiser habe in Deutschland auf seiner Seite vulgaris famae praesidium, et testimonium generalis opinionis, quod in favorem Mediolanensium et suorum sequacium processeritis taliter contra eum. *Albertus Stadensis* ad ann. 1240 p. 215: Papa Gregorius insolentias Imperatoris contra Ecclesiam metuens Principes super electione alterius sollicitavit, sed nihil profecit, quia quidam Principum ei rescripserunt, non esse sui juris, Imperatorem substituere, sed tantum electum a Principibus coronare. Aehnlich *Matth. Paris* ad ann. 1239 p. 516 mit dem Zusatze: Sed tantum promeruit Romanae Ecclesiae improbitas omnibus execranda, quod a nullis vel a paucis meruit Papalis auctoritas exaudiri. Die seitdem verschwundenen Akten des päpstl. Legaten Albert v. Böhmen Archidiac. v. Passau fand J. Aventinus im 16ten Jahrh. noch im Kloster Altaich s. *Aventini excerpta ex Alberti Bohemi actis et commentariis* in Oefelii Rerum Boicarum Scriptt. T. I. p. 785 ss. u. *Aventini Annales Bojorum* lib. VII. c. 4 ss. Merkwürdige Aufschlüsse über die Umtriebe jenes turbator totius Bojoariae u. die männl. Festigkeit der bayrischen Bischöfe. *Aventini Ann.* l. c. (edit. Gundlingii, Lips. 1710 p. 643): Cuncti fremere, indignari, stomachari coeperunt: hominis (Alberti) temeritatem, cujus vitam ac mores probe nossent, detestabantur. Omnia tumultu in Germania complentur: indignissimum facinus praeter fas atque aequum clamitant Romanum inceptare Episcopum. Conradus Fruxinensis episcopus (v. Freisingen) ad Imperatorem provocat, nullum jus Romano flamini absque consensu pontificum Germaniae esse in Germania propalam docet: suos, inquit, Romanensis sacerdos pascat Italos, nos a Deo constituti canes a nostris ovibus lupos ovina pelle tectos arcebimus. Am kräftigsten redete Eberhard Erzb. von Salzburg 1241 auf einer Versammlung der bayrischen Bischöfe in Regensburg (l. c. cap. 5. p. 650 s. auch in *Goldasti Apol. pro Henrico IV.*

p. 237 ss.) U. a. Sub Pontificis Max. titulo, pastoris pelle, lupum saevissimum, nisi caeci sumus, sentimus. Romani flamines arma in omnes habent Christianos: audendo, fallendo, et bella ex bellis serendo magni facti, oves trucidant, occidunt: pacem, concordiam terris depellunt: intestina bella, domesticas seditiones ab inferis eliciunt: in dies magis atque magis omnium vires debilitant, ut omnium capitibus insultent, omnes devorent, universos in servitutem redigant. — Christus inimicos odio habere vetat, — Romanenses contra, sancta violare, foedere Dei nomine sacrato ad fallendos homines abuti, bene meritis ingratos esse, malefactis beneficia compensare, bellare, litigare, defraudare, prodere, decipere, sub magna pietatis superficie jubent: divinae majestati, coelesti providentiae, naturae repugnare, supremae majestati a Deo Opt. Max. constitutae resistere nos volunt. Hildebrandus ante annos centum atque septuaginta primus, specie religionis, Antichristi imperii fundamenta jecit. Hoc bellum nefandum primus auspicatus est, quod per successores hucusque continuatur. — Credite experto, non cessabunt, donec Imperatore in ordinem redacto, Romani Imperii honore soluto, pastoribus veris, qui pascant, oppressis, canibus, qui latrare queant, sublatis, per hunc morem omnia extinguant aut occidant. Ideo omnia turbare atque permiscere volunt. — Flamines illi Babyloniae soli regnare cupiunt, ferre parem non possunt: non desistent, donec omnia pedibus suis conculcaverint, atque in templo Dei sedeant, extollanturque supra omne id, quod colitur: fames opum, sitis honorum inexplebilis est: quo plura avido concesseris, eo plura appetit: porrige digitum, et manum concupiscet. Licentia omnes sumus deteriores. Qui servus servorum est, dominus dominorum, perinde ac si Deus foret, esse cupit. — Ingentia loquitur, quasi vero Deus esset. Nova consilia sub pectore volutat, ut proprium sibi constituat Imperium: leges commutat, suas sancit, contaminat, diripit, spoliat, fraudat, occidit, perditus homo ille, quem Antichristum vocare solent, in cujus fronte contumeliae nomen scriptum est: *Deus sum, errare non possum*, in templo Dei sedet, longe lateque dominatur. Der Schluß: Date operam, Patres consulti, ut a

rückgewiesen, sondern auch in Frankreich z): in England ver-

Germania, gente christianissima, caedes, discordiae mala, incendia, crudelia facinora in cives, in patriam patrata, pellantur, pax civilibus armis exacta, concordiae bonis revocetur. Quod tum fiet, si Imperatori Friderico secundo, Caesari Augusto, principum Christianissimo, a Deo constituto obtemperabimus, et pestem illam atque serpentem (näml. Albert) e Bojoaria eliminaverimus. Vgl. auch die Zeitgenossen Reimar von Zweter in Maneß Sammlung Th. 2. S. 131, und Bruoder Wernher das. S. 160. Der Letztere:

Gregorie, Babest, geistlicher Vater,
Wache und brich ab dinem slaf, —
Lamparten gluet in Ketzerheit:
Warumbe loeschest du das niht? —
Si schenkent dir von Golde
Ein Trank, das dich in siunden lat:
Dem Keiser hilf sin Recht behaben,
Das hoehet dich und alle geistlich orden. —
Las zwischen dir und im nicht hasses horden:
So wirt der vride und der geloube
Stark, und nimt niht abe:
So suln wir priuven eine Vart
Viur sunde hin ze Gotes Grabe.

z) *Matth. Paris* ann. 1239 p. 517. Durch ein Schreiben an den König und die Barone von Frankreich bietet der Papst dem Grafen Robert, Bruder des Königs, die Kaiserkrone an. Jene antworten: Quo spiritu vel ausu temerario Papa tantum principem, quo non est major, imo nec par inter Christianos, non convictum vel confessum de objectis sibi criminibus, exhaeredavit, et ab apice Imperiali praecipitavit? Qui si meritis suis exigentibus deponendus esset, *non nisi per generale Concilium* cassandus judicaretur. De transgressionibus suis non est hostibus suis fides adhibenda, quorum Papa dignoscitur esse capitalis. Nobis adhuc insons, imo bonus fuit vicinus: nec quid sinistri vidimus de eo in fidelitate saeculari, vel fide catholica. Scimus autem, quod domino nostro Jesu Christo fideliter militavit, marinis et bellicis se periculis

breitete die Plünderung der Kirchen die bitterſte Stimmung gegen Rom aa): und als jetzt (ſeit 1240) der verheerende

confidenter opponens. Tantum religionis in Papa non invenimus: immo, qui eum debuit promovisse, et Deo militantem protexisse, eum conatus est absentem confundere et nequiter supplantare. — Sed ne in vacuum Papale mandatum videamur suscepisse, licet magis constet hoc ob odium Imperatoris, quam nostri dilectionem ab Ecclesia Romana derivasse; mittemus nuncios prudentes ex nobis ad Imperatorem, qui quomodo de fide catholica sentiat diligenter inquirant, nos super hoc certificaturos. Et si nil nisi sanum invenerint, cur infestandus est? Sin autem: et ipsum, imo etiam ipsum Papam, si male de Deo senserit, vel quemlibet mortalium usque ad internecionem persequemur. Es erſcheinen wirklich franz. Geſandte beym Kaiſer, denen dieſer ſeine Rechtgläubigkeit betheuert: »Non placeat domino meo Jesu Christo, ut un»quam recedam a fide magnificorum patrum, et antecessorum, »sequens vestigia perditorum. Judicet autem Dominus inter »me et ipsum, qui me ita per orbem tam nequiter diffama»vit.« Et tendens manus in coelum, lachrymis obortis, singultando exclamavit: »Deus ultionum Dominus reddat ei re»tributionem etc.« Die Geſandten gingen mit der Ueberzeugung von Friedrichs Unſchuld hinweg.

aa) Vgl. oben not. m) *Matth. Paris ad ann.* 1234 p. 400: Ut efficacius (Papae nuncii) thesauros omnium emungerent, et pecuniam quasi ad succursum terrae sanctae undique colligerent, — scripsit dominus Papa omnibus Christi fidelibus in haec verba elegantissima, quae corda hominum lapidea viderentur penetrare, nisi facta humilitati ac justitiae luce clarius adversantia sequerentur. Nun die päpſtl. Kreuzbulle. Dann p. 402: Haec cum per Christianorum climata, praecipue per Angliam, Christi fidelibus innotescerent, et praedicatio per Praelatos, maxime vero per fratres Praedicatores et Minores fieret, quibus data fuit potestas crucesignandi, et votum data pecunia relaxandi, sese multi — cruce signaverunt. Sed — parvo tempore succedente facta est tanta commutatio, tam multiformis pecuniae exactio; nec sciri

Strom der Mongolen ſich an die deutſchen Gränzen wälzte,

---

poterat, in quam abyssum tanta pecunia — est demersa; quod *fidelium circa negotium crucis tepuit, imo potius charitas refriguit generalis.* Noch mehr ſeit 1240. *Idem ad ann.* 1240 p. 525: Zuerſt machte der Legat bekannt, er habe Vollmacht a voto crucis zu abſolviren, und zwar ut tales non solum absolvere, verum etiam ad redimenda vota sua compellere debeamus. Darauf inceperunt ipsi Praedicatores fratres et Minores et alii viri literati, praecipue Theologi, Crucesignatos absolvere a voto suo: accepta tamen pecunia, quanta sufficere videbatur unicuique ad viaticum ultramarinum. Et factum est in populo scandalum cum schismate. Absurdum enim videbatur etiam simplicibus, quam diversis muscipulis simplicem Dei populum substantia sua moliebatur Romana curia privare, nihil petens nisi aurum et argentum. Dann verlangte der Legat von der Geiſtlichkeit (p. 526) quintam partem bonorum suorum, quibus suffultus (Papa) injurias tam validi inimici valeret propulsare. Nach langem Sträuben gab zuerſt der Erzb. v. Canterbury nach (p. 527), quod videntes alii Praelati Angliae, in similem ruinam sunt prolapsi. Aber noch nicht genug p. 533: Misit enim Papa, pater noster sanctus, quendam exactorem in Angliam, Petrum Rubeum, qui excogitata muscipulatione infinitam pecuniam a miseris Anglicis edoctus erat emungere. Intravit enim religiosorum capitula, cogens et seducens eos ad pecuniam promittendam, et promissam persolvendam, exemplo aliorum Praelatorum, quos mentitus asserebat gratanter persolvisse. Dixit enim: ille Episcopus et ille, ille Abbas et ille, jam libens satisfecit: quidnam vos ignavi tam moramini, ut grates cum muneribus amittatis! Fecit etiam praedictus impostor jurare, ut hoc genus pecuniam extorquendi nulli hominum infra dimidium annum facerent manifestum: quasi eliciens hoc ex singulorum primitiva professione, cum tantum de honestis sit consilium Papale celandum (ſ. unten §. 62. not. a). Die Betrogenen beklagten ſich beym Könige: aber dieſer gab ſie dem Legaten preis (p. 534): Ecce domine mi Legate, isti miseri seductores, paidentes secreta Papalia, obloquuntur, voluntati vestrae non adquie-

da zürnte man noch allgemeiner dem leidenſchaftlichen Papſte, der den Kaiſer in Italien feſthielt bb).

Nachdem Friedrich den ganzen Kirchenſtaat bis auf Rom erobert hatte (1240), beſchloß Gregorius durch eine allgemeine Kirchenverſammlung ſeine Sache zu der der ganzen Kirche zu machen cc): indeß Friedrich ließ die auf einer genueſiſchen Flotte nach Rom eilenden Prälaten aufheben, und Gregor ſtarb in ſeiner Bedrängniß, ehe er Rache hatte nehmen können († 21. Aug. 1241).

§. 56.

Cöleſtinus IV. (v. 23. Sept. — 8. Okt. 1241). Innocentius IV. (v. 24. Jun. 1243 — 13. Dec. 1254).

Quellen: An Richardus de S. Germano (ſ. vor §. 54.) ſchließen ſich beſ. *Nicolaus de Jamsilla* b. 1258, von einem Anonymus fortgeſetzt bis 1265 (in Muratori Rer. Ital. Scriptt. T. VIII. p. 489 ss.) und *Sabae Malaspinae* Rerum Sicularum libb. VI. v. 1250—1276 (ibid. p. 781 ss.) Raumers Geſch. der Hohenſt. Bd. 4. S. 106 ff.

Auf den durch Cöleſtinus IV. ſchnellen Tod bald wieder erledigten Stuhl wurde nach langem Zaudern der Cardi-

---

scentes: facite de ipsis, quod vobis placet. Jetzt will der Legat ſelbſt auch die Biſchöfe zu gleichem bewegen: anfangs ſuchen ſie höflich abzulehnen, endlich fallen derbe Reden (p. 535): sicut Ecclesia Romana suum habet proprium patrimonium, — similiter et aliae Ecclesiae suum —, quod in nullo est censuale vel tributarium Ecclesiae Romanae. Es heiße zwar: »Quodcunque ligaveris etc.« aber nicht »quodcunque exegeris super terram, erit exactum et in coelis.« u. ſ. w. Indeß die römiſche Liſt ſiegte endlich doch durch ihren Grundſatz divide et impera.

bb) Raumer IV. S. 77 ff. Beſonders als die Bettelmönche damals ſogar gegen Friedrich das Kreuz predigten Waddingii Annales minorum edit. II. Tom. III. p. 42.

cc) Vgl. oben not. z. Zu dem folgenden Raumer IV. S. 94 ff.

nále a) endlich Innocentius IV. gewählt. Zwar ging dieser auf Friedensverhandlungen mit Friedrich ein, welche auch anfangs den gewünschten Erfolg versprachen b): aber plötzlich entfloh der Papst mit Hülfe der Genueser nach Lyon (1244) c) und versammelte dort alsbald eine allgemeine

---

a) Ueber diese Zögerung und den allgemeinen Unwillen darüber s. Raumer IV. S. 114 ff. Merkw. *Matth. Paris* ann. 1243 p. 602: Per idem tempus miserunt Franci solennes nuncios ad curiam Romanam, significantes persuadendo praecise et efficaciter, ut ipsi Cardinales rite eligentes, universali Ecclesiae solatium pastorale maturius providerent: vel ipsi Franci propter negligentiam eorum de sibi eligendo et providendo summo Pontifice citra montes, cui obedire tenerentur, quantocius contrectarent. Et hoc audacter significabant, confisi de antiquo privilegio suo per s. Clementem b. Dionysio concesso et obtento, qui concessit Apostolatum eidem Dionysio super gentem occidentalem.

b) Ein den Kaiser sehr demüthigender Vertrag war von den Unterhändlern schon vollzogen (b. *Matth. Paris* p. 629: U. a. subsidium pro isto excessu faciet in militibus vel pecunia, cuicunque dominus Papa Christianitatis, quantumcunque et quale viderit expedire etc.), nur war freilich über die schwierige Angelegenheit der Longobarden nichts darin bestimmt: und der Papst ließ Friedrichen sagen: si latenti morbo, videlicet de negotio Lombardorum, medicina non esset opposita, pax omnino procedere non valebat. (Ex. *Cod. epist. Vatic. Ms.* bey Raumer IV. S. 135). Der Kaiser brach den Vertrag nicht, sondern er erklärte blos *Matth. Par.* p. 636: quod nihil faceret de conventis, nisi literis absolutionis prius habitis. So konnte Friedrich also gegen die Cardinäle, die er nach der Flucht des Papstes zu einer neuen Vermittelung aufforderte (s. Schreiben in *Martene* coll. ampliss. T. II. p. 1137), mit Recht klagen, daß der Papst spreto moderamine pacis, quam offerebamus ex animo, imperceptibiliter ad partes profectus sit ultramontanas, utinam non in scandalum generale!

c) Vergebens suchte er Aufnahme in Aragonien, Frankreich u. Eng-

Kirchenverſammlung (Jun. 1245), um mit dieſer vereint von neuem Bann und Abſetzung über Friedrich auszuſprechen d). Bei dieſem Urtheile blieb Innocentius, alle Ver-

---

land zu erhalten *Matth. Paris* p. 655. Der Zorn darüber entlockte ihm die charakteriſtiſchen Worte ibid. p. 660: Expedit, ut componamus cum Principe vestro, ut hos Regulos conteramus recalcitrantes: contrito enim vel pacificato dracone, cito serpentuli conculcabuntur.

d) Bei den Römern *Conc. Oecum. XIII.*, von den Franzoſen nicht anerkannt. Die Akten b. *Matth. Paris* p. 662 ss. mit einigen Zugaben b. *Mansi* XXIII. p. 605 ss. Die fünf vom Papſte angegebenen Zwecke (*Matth. Paris* p. 664): de inhumanis et feraliter Christianitatem vastantibus Tartaris, pro schismate Romaniae i. e. graecae Ecclesiae, pro serpigine novarum haeresium, de terra sancta, und de Principe i. e. Imperatore. Indeß alles trat gegen den letzten Punct in den Hintergrund. Thaddäus de Sueſſa (*Albert. Stadens.* ann. 1245 fol. 217: Imperator pro se nuncios misit, inter quos erat quidam Thaddaeus, doctor legum, qui pro eo elegantissime allegavit, ut plurimorum sibi audientiam conquireret et favorem) trat auf und gelobte in Friedrichs Namen (*Matth. Paris* p. 663), ad unitatem Romanae Ecclesiae totum Romaniae i. e. Graeciae imperium revocare: et quod sese Tartaris, et Chorosminis, et Saracenis, et aliis Ecclesiae hostibus et contemptoribus, Christo fideliter militando, potenter opponet: et quod statum terrae sanctae discrimini magno et manifesto periculo jam patentem, suis sumptibus propriis personaliter pro posse suo reformabit: et ablata Romanae Ecclesiae restituendo de injuriis satisfacere. Der Papſt verwarf alles, Friedrichs Wortbrüchigkeit vorſchützend. Unangenehm wurden die Verhandlungen unterbrochen durch eine nachdrückliche Beſchwerdeſchrift des engl. Clerus über die päpſtl. Bedrückungen (ib. p. 666 ss.), aber dominus Papa non respondit, quia, ut asseruit, tam arduum negotium morosa indiguit deliberatione. Er ſprach vielmehr ſogleich den Bann gegen Friedrich aus (p. 668 ss. die Bulle vollſtändig von Schardius herausgegeben in Petri de Vineis Epistoll. ed. II. T. I. p. 51 ss.) — Ut ad praesens de cae-

mittelung zurückweiſend e), unbeweglich ſtehen: der Kampf

---

teris ejus sceleribus taceamus, quatuor gravissima, quae nulla possunt celari tergiversatione, commisit. *Dejeravit* enim multoties, *pacem* quondam inter Ecclesiam et Imperium reformatam *temere violando.* Perpetravit *sacrilegium*, capi faciendo Cardinales etc. venientes ad Concilium. — De *haeresi* quoque non dubiis et levibus, sed difficilibus et evidentibus argumentis suspectus habetur. Dann weitläuftige Beweiſe für dieſe vier Anklagen. Ueber die Ketzerey folgendes: Merito insuper contra eum de haeretica pravitate suspicio est exorta, cum — claves Ecclesiae contemserit — et constanter asseveraverit, — se praefati Gregorii Papae sententias non vereri. Praeterea conjunctus amicitia detestabili Saracenis, — ipsorum ritus amplectitur, — eorundem etiam more uxoribus — Eunuchos — non erubuit deputare custodes. Et quod execrabilius est, olim existens in partibus transmarinis, facta compositione quadam — cum Soldano, Machometi nomen in templo Domini diebus ac noctibus publice proclamari permisit. Et nuper nuncios Soldani Babyloniae — fecit — honorifice suscipi et magnifice procurari. (Alſo kein Wort von den Beſchuldigungen von 1239 ſ. §. 55. not. w ſondern nur die alten längſt geſühnten von 1229 ſ. §. 55. not. k). Dann Bann und Abſetzung in der eben ſo heuchleriſchen als anmaßlichen Formel: memoratum principem — suis ligatum peccatis et abjectum, omnique honore ac dignitate privatum a Domino ostendimus, denunciamus, et nihilominus sententiando privamus. Den klagenden Engländern wurde endlich der Beſcheid (*Matth. Paris* p. 681) »quod postulata ad votum non re»portarent.« Irati igitur nimis procuratores memorati, recesserunt cum comminatione, terribiliter jurantes, se nunquam tributum Romanae cupiditati omni saeculo detestabili soluturos, — vel amplius redituum Ecclesiarum — proventus extorqueri non passuros. Veruntamen dominus Papa animo patienti et oculis conniventibus haec omnia dissimulando pertransiens, tempus rigidius agendi, respirante prosperitate, tacitus expectavit.

e) Ludwig IX. verſchwendete bey einer Zuſammenkunft mit dem Papſte

wurde immer härter, und auf beiden Seiten immer rückſichtsloſer geführt f). In Sicilien bewirkte der Papſt einen, indeß

---

um Oſtern 1246 in Clugny (nämlich Papa non est ulterius in Franciam progredi permissus *Matth. Paris* p. 683.) die beweglichſten Vorſtellungen, *Matth. Paris* p. 697: Quod cum dominus Papa erecta et rejecta cervice refutasset, dominus Rex Francorum recessit iratus et indignans, eo quod humilitatem, quam speraverat, in servo servorum Dei minime reperisset. — Ungefähr gleichzeitig unterwarf ſich Friedrich ſogar einer Prüfung ſeiner Rechtgläubigkeit vor dem Erzb. v. Palermo und mehrern andern Geiſtlichen, und ſandte das Reſultat nach Lyon: indeß Innocentius verkündete dd. 23 May 1246 allen Gläubigen (*Raynald* ad h. a. no. 18 ss.), quod hujusmodi examinatio fuerat per magnae praesumtionis audaciam — attentata; nec erat praefatis instrumento et literis, cum in eis et bulla ipsa diceretur idem Fridericus Imperator et Rex, per quod dictus scriniarius, sic ei favendo, vinculum excommunicationis incurrerat, fides aliquatenus adhibenda.

f) Auch Friedrich ließ jetzt alle Rückſichten fahren. Als er die Lyoner Sentenz erfuhr, ſagte er *Matth. Paris* p. 679: »In hoc tamen »conditio mea melioratur: in aliquo tenebar illi obedire, sal»tem venerari. Nunc autem ab amore et veneratione, necnon »et ab omnimodae pacis absolvor adversus Papam obligatio»ne.« Ex tunc igitur efficacius et vigilantius, ut dominum Papam gravaret, in thesauris, consanguineis et amicis ejus damna et injurias irrogavit. Damals erließ er auch ein Schreiben *ad Reges Francorum et Anglorum* (ibid. p. 680) mit heftigen Klagen über den prieſterlichen Uebermuth, deſſen Quelle die übermäßige Freygebigkeit der Laien geweſen, und ſchließt alſo: Nec vobis, petimus, videatur, quod per latam in nos sententiam Papalem nostrae magnitudinis majestas aliquatenus incurvetur. Habemus enim conscientiae puritatem, ac per consequens, Deum nobiscum, cujus testimonium invocamus. Quia semper fuit nostrae intentio voluntatis, clericos cujusque ordinis ad hoc inducere, et maxime maximos, ut tales perseverarent in fine, quales fuerunt in Ecclesia primitiva, Apostolicam vitam ducentes, humilitatem Dominicam imitan-

bald gedämpften, Aufruhr (Anf. 1246) g): in Deutſchland

---

tes. Tales namque clerici solebant Angelos intueri, miraculis coruscare, aegros curare, mortuos suscitare, et sanctitate, non armis, sibi Reges et Principes subjugare. At isti, saeculo dediti, delitiis inebriati, Dominum postponunt, quorum ex affluentia divitiarum et opum omnis religio suffocatur. Talibus ergo subtrahere nocentes divitias, quibus damnabiliter onerantur, opus est charitatis. Ad hoc vos et omnes Principes una nobiscum, ut cuncta superflua deponentes, modicis rebus contenti, Deo deserviant, debetis diligentiam adhibere. Indeſſen dergleichen konnte die Zeit noch nicht tragen. *Matth. Paris* fährt p. 681 fort: de haeresi per idipsum se reddens suspectum, merito omnem, quem hactenus habebat in omni populo igniculum famae propriae prudentiae et sapientiae, impudenter et imprudenter extinxit atque delevit. — Ac per hoc domini Papae conditio meliorata respiravit. Nur das kümmerte die Fürſten, daß nach Friedrichs Verderben Romana Ecclesia, gratia Dei abutens, in posterum in tantam elationem et intolerabilem superbiam sublevaretur, quod Principes Catholicos insontes et justos, et praecipue Praelatos, quavis levi causa vel deponeret, vel deponere probrose comminaretur: loquendoque sublimia, gloriandoque dicerent Romani, licet a plebeja stirpe procreati: Nos ipsum — Fridericum conculcavimus, et quis es tu, qui nobis temere credis resistere? *Et ita provocati nobiliores contra eos levabunt calcaneum, Deoque vindice auctoritas Romana poterit deperire.* Ueber Friedrichs ſtrenge Maaßregeln, ſich der Treue ſeiner Geiſtlichkeit zu verſichern, Beſteuerung derſelben und Entfernung der Bettelmönche ſ. Raumer IV. S. 189 f.

g) Vgl. des Papſtes Aufruf an alle Sicilianer v. 26. Apr. 1246. (*Raynald* ad h. a. no. 11 ss.): universitatem vestram per Dei misericordiam obsecramus, et in remissionem vobis injungimus peccatorum, quatenus nobis et fratribus nostris super afflictione vestra gementibus festinam super eo praebeatis laetitiam, quod damnati hominis abdicato dominio, cui penitus in nullo tenemini, per nos a juramento fidelitatis totaliter absoluti, ad gremium s. Romanae Ecclesiae matris vestrae,

bewog er Heinrich Raſpe, Landgrafen v. Thüringen, als Pfaffenkönig ſich Friedrichen gegenüberzuſtellen (Mai 1246) h). Indeß blieben die großen weltlichen Fürſten dem

---

cujus estis speciales filii, cessantibus quibuscunque diffugiis redeatis: praesertim cum nos — duos legatos solemnes — hujusmodi promotioni negotii duximus deputandos, concesso eis plenae legationis officio etc.

h) *Albertus Stadensis* fol. 218. *Anno* 1245: — Qua sententia [Papae] per mundum volante, quidam Principum cum multis aliis reclamabant, dicentes, ad Papam non pertinere, Imperatorem vel instituere vel destituere, sed electum a principibus coronare. Interea Papa sollicitari fecit Principes, quos ad Imperium regendum credidit idoneos, ut aliquis eorum onus Imperii sumeret et laborem, promittens ei, quicunque Imperium assumeret, consilium et auxilium pariter et favorem. Tandem Heinricus Lantgravius, cognomento Raspe, multis evictus precibus imperium accepit. *Anno Dom.* 1246 Heinricus Lantgravius Turingiae juxta Herbipolin in Ascensione Domini a Moguntino et Coloniensi et quibusdam Principibus in Regem eligitur, et subito crux contra omnes infideles a Moguntino solenniter praedicatur, et omnis illa Principum et nobilium collectio crucis charactere insignitur. Den Minoriten gab der Papſt den Auftrag (dd. 22. Apr. 1246 in *Wadding* ann. Minorum ed. 2. Tom. III. p. 145) quatenus Christifideles per Teutoniam constitutos — tam in occulto, quam in publico inducatis, in remissionem ipsis peccaminum injungentes, ut ei, qui electus fuerit, fideliter et efficaciter intendant, ac assistant viriliter et constanter. Vor allem mußte der Papſt Geld zum Kriege ſchicken *Matth. Paris* p. 704, und da Friedrich die Zugänge verſperrt hielt, fecit Papa per Praedicatores et Minores mutato habitu tam scripta consolatoria, quam alia juvamenta ad Landegravium transvehi. *Idem p.* 706. Vorzüglich mußte das unerſchöpfliche England wieder liefern *Idem* p. 707 ss. 715 ss., aber jetzt begann auch eine ähnliche Plünderung der deutſchen Kirche (ſ. Raumer IV. S. 235) und ſelbſt der franzöſiſchen. Ludwig d. Heil. beklagte ſich um 1246 bey dem Papſte (ſ. *Gravamina Eccl. Galli-*

Letztern treu, Heinrich erlag bald dem Könige Conrad, und nach seinem Tode († 17. Febr. 1247) war Friedrichs Uebergewicht in Deutschland so entschieden i), daß der Papst zu der von ihm ausgebotenen Krone Niemanden als den Grafen Wilhelm von Holland (Oct. 1247) finden konnte, und diesem mit Gelde Anhang erkaufen mußte k).

Da starb Friedrich († 13. Dec. 1250) l). Aber nicht der Tod des Einzelnen, sondern nur das Verderben des ganzen Stammes konnte die päpstliche Rache sühnen m), und mit

---

canae unten §. 62. not. w), daß seine Legaten von den Clerikern sogar militiam munitam zur Hülfe gegen den Kaiser forderten, u. erinnerte ihn an Christi Ausspruch: Si persecuti fuerint vos in unam civitatem, fugite in aliam. Ferner: Magnum et novum subsidium modo petitis ab Ecclesiis per fratres minores, qui modo discurrunt per totum regnum, et intolerabiliter gravant Ecclesias multis modis et diversis. Einige von ihnen hätten den burgund. Kirchen angekündigt: Praecipimus vobis ex parte Domini Papae septimam partem omnium Ecclesiasticorum proventuum vestrorum, alioquin excommunicamus vos. Et si aliqui contradixerint, privamus eos omnibus beneficiis suis. — In aliquibus etiam Ecclesiis ponebant etiam simili modo quintam. Praecipiunt etiam Episcopis, ut Ecclesiis suarum Dioecesium, tam parochianis quam aliis, imponant certam summam pecuniae, quam eis exprimunt, et praecipiunt eis, ut subditos suos compellant per poenam excommunicationis ad solvendam summam illam.

i) Raumer IV. S. 220.

k) Raumer IV. S. 243 ff.

l) Auch im Tode sich gleich. In s. Testamente (b. Raynald. ann. 1250 no. 33.) trägt er seinem Sohne Conrad auf, ut debeat reddere et restituere omnia jura omnesque rationes sanctissimae Romanae Ecclesiae nostrae matri, quae et quas possidemus injuste, *si eidem Christianissimo ipsa misericors et pia mater jure debita facere non cessabit.*

m) *Innocentii Ep. ad Suevos* b. *Raynald. ann.* 1251 no. 6.: Herode (Friedrich II.) sublato, qui Christi animam in animabus

verdoppelter Anſtrengung wurde der Kampf gegen den König Konrad fortgeſetzt n). Während in Deutſchland ſich der

---

fidelium perdere nitebatur, haereditario jure paternae tyrannidis principatum alter sibi vindicat Archelaus (Konrad). Propter quod adhuc matrem oportet Ecclesiam devotorum suorum praecavere periculis, ac dextram protectionis extendere in filiorum praesidium contra eos, qui adversus Dominum et adversus Christum ejus in sua superbia eriguntur. Hinc — universitatem vestram volumus esse certam, quod quondam Friderici, qui olim pro Imperatore se gessit, soboles, nobis ac vobis merito de paternae perfidiae haereditaria imaginatione suspecta, et traductae ab avis et proavis saevae tyrannidis aemulatrix, numquam ad Romanum regnum vel imperium, aut Sueviae principatum consurget ex permissione sedis Apostolicae aut favore. Deſto verächtlicher erſcheint der Papſt in dem was *Matth. Paris ann.* 1252 erzählt: Cum Innocentius IV. neptes suas fastigiose nimis et sumptuose maritasset, apposuit adhuc, ut suam partem magis roboraret, unam neptem suam Henrico, filio Friderici, nepoti scilicet Regis Angliae (Sohn Friedrichs u. der Iſabella, einer Schweſter Heinrichs III.) matrimonialiter copulare, ut idem Heinricus fieret quasi filius Papae adoptivus, et sub alis Ecclesiae protectus, et a sententia, qua innodabatur, penitus absolutus, summa pace gratularetur. Quod cum magnates Imperii audirent, maximam conceperunt indignationem, eo quod praesumeret Papa tam nobilem tamque generosum adolescentem ignobilitare.

n) Raumer IV. S. 319 ff. Von neuem feuerte Innocentius die Bettelmönche an. S. Schreiben a. den Dominicaner *de Eyka* v. 5. Febr. 1251 (*Raynald. ad h. a. no.* 11.). Praedicationem crucis contra Conradum — suosque fautores, persecutores Ecclesiae per totum regnum Alemanniae tibi duximus auctoritate apostolica committendam: exequendi praedicationem hujusmodi per te, vel per alios, quos ad eam idoneos esse cognoveris; largiendi etiam crucesignatis ob causam hujusmodi, et concedendi privilegia et indulgentias, quae crucesignatis in terrae sanctae subsidium transfretantibus conce-

Widerspruch gegen Wilhelm, zugleich freilich auch die Achtung gegen das ohnmächtige, allein vom Papste gestützte Königthum minderte o): eilte Innocentius von Lyon nach

---

duntur; nec non remissionem XL. dierum iis, qui ad tuam super hoc praedicationem, vel illorum, quibus eam commiseris, accesserint audiendam; illosque nihilominus censura ecclesiastica compescendi, qui super iis vos forte praesumpserint impedire, concessa vobis auctoritate praesentium plenaria potestate. Gleichen Auftrag erhielt der Minorit *Joannes de Dist* a. 10. Febr. 1251 in illis partibus Flandriae in quibus esse dicitur in generali usu Teutonicum idioma (*Wadding. ann. Minor.* T. III. p. 246). *Matth. Paris* ann. 1251 p. 826 s. erzählt sogar: Dominus Papa — fecit indici praedicationem solennem et communem in partibus Brabantiae et Flandriae, ut fideles Christi castra infidelis Conradi hostiliter impugnarent, statuens retributionem mirabilem, scilicet omnium peccatorum remissionem, ampliorem videlicet, quam pro peregrinatione in terram sanctam facienda. Nam si quis contra Conradum signaretur, signatus et signati pater et mater omnium peccatorum suorum veniam consequerentur. Nur in Frankreich seyen diese Kreuzpredigten nicht zugegeben, und die in Abwesenheit Ludwigs die Regierung führende Königinn Blanca habe sogar die Besitzungen der crucesignatorum einziehen lassen mit den Worten: Qui Papae militant, de Papalibus sustineantur, et eant irredituri.

o) Besonders da Wilhelm für die Beschlüsse seines Frankfurter Reichstags (1. Jul. 1252) päpstl. Bestätigung einholte. Dieselbe beginnt gleich (ap. Raynald. ad h. a. no. 17.): Dignum est, sententias, quae solenniter regio promulgantur oraculo, ut illibatae permaneant, Apostolicae firmitatis patrocinio non carere etc. Im Jul. 1253 entschied der Papst sogar über die Oesterreichische Erbschaft zu Gunsten Ottokars v. Böhmen u. dessen Gemahlinn Margarethe, und nennt sich in der Urkunde (in *Würdtwein* nova subsidia diplomat. T. IX. p. 36) Veri Dei in his terris vicem gerens et universali reipublicae praesidens, ganz in dem Geiste Gerhoh's (s. oben §. 54. not. a). Wie in Deutschland Unordnungen aller Art einrissen s. Schlosser III. II. II. S. 142 ff. Da-

Italien zurück (1251) p), um Sicilien zu gewinnen. Aber auch Conrad verließ gleich nachher das zerriſſene Deutſchland, um das durch ſeinen trefflichen Halbbruder Manfred ihm erhaltene Erbkönigreich in Beſitz zu nehmen q). Vergebens bot der Papſt die ſiciliſche Krone aus, und ſchenkte ſie endlich dem engliſchen Prinzen Edmund (März 1254) r): bis

---

mals ſang Meiſter Sigeher (b. Maneß Th. 2. S. 220) nach den mir von dem Herrn Hofr. Benecke angegebenen Textesverbeſſerungen:

Des Keisers wal diu stuont gar schône,
Dô sîn Künege pflâgen ê (vordem):
Nu pflegent sîn welhsche Pfaffen,
Die vervendent (verkaufen) segen unt den touf. —
Als der Tocken spilt der Walh (Wälſche) mit tiutschen vürsten;
Er setzets ûf, er setzets abe:
Nâch der habe (je nachdem ſie etwas haben)
Wirft er si hin unt her als einen bal.

p) Characteriſtiſch für die Sitten des damaligen päpſtl. Hofes ſind die Worte aus der Abſchiedsrede des Cardinals Hugo an die Ew. von Lyon b. *Matth. Paris* p. 819: Amici, magnam fecimus, postquam in hanc urbem venimus, utilitatem et eleemosynam. Quando enim primo huc venimus, tria vel quatuor prostibula invenimus. Sed nunc recedentes unum solum relinquimus. Verum ipsum durat continuatum ab orientali porta civitatis usque ad occidentalem.

q) Raumer IV. S. 327 ff.

r) Zuerſt trug er ſie dem Grafen Richard v. Cornwallis 1252 an (Matth. Paris p. 856. 861. die Bulle in Rymer foedera etc. ed. Clarke vol. I. P. I. p. 284), der aber dem Papſte Bedingungen machte, und endlich erklärte (*Matth. Paris* p. 892), idem est, ac si quis diceret: vendo vel do tibi lunam, ascende et apprehende eam. Dann dem Grafen Carl v. Anjou (Rayr. ann. 1253 no. 2 ss.). Endlich *Matth. Paris* ann. 1254 p. 892 wendete ſich der Papſt an Kg. Heinrich III. v. England, ut simplicitatem ejus circumveniret, quoniam sciebat semper ad

der den Päpsten so oft günstige Tod auch Conrad hinwegraffte (21. May 1254) s). Da der Papst die Rechte des zweyjährigen Conradino zu achten verhieß t): so unter-

---

damna propria pronum et credulum, obtulit et concessit ei regnum Siciliae et Apuliae. — Rex autem de promisso Papali umbratili adeo exhilaratus est, et adeo dilatatum est cor suum inani gaudio, quod voce, gestu et risu exultationem protestans, filium suum Edmundum Regem Siciliae palam vocaret, credens pro facto se jam de ipso regno subarratum. — Rex igitur quicquid de thesauro suo, quicquid de Scaccario (Fiscus), quicquid mutuo potuit a fratre suo Comite Richardo recipere, quidque poterat a Judaeis abradere, quicquid de rapinis Justiciariorum itinerantium valuit extorquere, misit Papae, ut Conradum impugnaret, et omnes suos Siculos et Apulos expugnaret. — Der Papst miethete damit Truppen, et copiose Sterlingos distribuit, et cum defecissent, significavit Regi, quod defuit illi pecunia. Rex autem instinctu diaboli et avaritiae, rescribens Papae, mittebat ei literas patentes obligatorias, Regio sigillo consignatas, ut sufficienter, imo abundanter mutuo caperet a mercatoribus Italicis. — Papa autem his omnibus consentiens, hoc mandatum acceptavit: si bene fecerit, judicet Judex omnium judiciorum dominus, cui cura est de omnibus, non autem meum est, facta Papalia judicare. Die Schenkungsurkunde an Edmund v. 6. März 1254 b. *Rymer-Clarke* vol. I. T. I. p. 297. Dann *ibid.* p. 301 ein Befehl an die engl. Bischöfe, quatinus ad requisitionem Regis — recipiatis — pecuniam mutuo, quantumcunque poteritis invenire; Ecclesias ipsas universas et singulas — obligantes.

s) Raumer IV. S. 347.

t) *Innocentius universis Christi fidelibus* (Raynald ann. 1254 no. 46.): — nos circa charissimum in Christo filium nostrum Conradum Regem Hierosolymitanum, illustrem ducem Sueviae, — apostolicae benevolentiae gratiam effundentes, — regnum Hierosolymitanum, et ducatum Sueviae, et alia jura sua, ubicunque illa, sive in regno Siciliae, sive alibi habeat, integra et illaesa sibi, deliberatione cum fratribus

warf ſich der Vormund deſſelben Manfred (Sept. 1254) u), und Innocentius nahm von dem Reiche Beſitz. Indeß bald ergab ſich, daß der Papſt andere Abſichten hege v): und nun trat Manfred für die Rechte der Hohenſtaufen von neuem in die Schranken. Apulien war bald von ihm erobert: und Innocentius entging nur durch den Tod dem neuen Kampfe († 13. Dec. 1254) w).

---

nostris habita, proponimus et volumus conservare: et permittimus, quod universi de ipso regno Siciliae in serie juramenti fidelitatis, quod nobis et Ecclesiae Romanae praestabunt, possint adjicere: »Conradi pueri jure salvo.«

u) Innocentius belehnte ihn dd. 27. Sept. 1254 (Raynald. ad h. a. no. 57 ss.) mit dem Fürſtenthume Tarent u. mehreren Grafſchaften und zwar ita quod — tu et iidem haeredes immediate a Romana Ecclesia, nullum alium praeter ipsam recognoscendo in iis superiorem vel dominum, teneatis perpetuo: und ernannte ihn (ib. no. 60.) zum Statthalter des Landes dieſſeit der Meerenge, ita quod vicariam hujusmodi immediate ab apostolica sede recognoscas et teneas.

v) Trotz der Anerkennung der Rechte Conradins (not. t) und der Vergebung an Manfred (not. u) hatte er dd. 9. Jun. 1254 die Schenkung an den engliſchen Prinzen Edmund beſtätigt (*Rymer-Clarke* I. I. p. 304) und wollte am Ende doch das Reich unmittelbar beſitzen. Raumer IV. S. 359.

w) Das Urtheil der Zeit über dieſen Papſt ſpricht ſich in dem Traume eines Cardinals, welchen *Matth. Paris* p. 897 erzählt, aus. Er ſah den Thron der Gottheit: vor demſelben klagte die Kirche den Papſt folgendermaßen an: Accuso eum super tribus. Primo cum in terris Ecclesiam fundasses, libertatibus eam donasti, quae a te ipso processerunt: hic vero eam reddidit ancillam vilissimam. Secundo fundata est Ecclesia salus peccatorum, ut scilicet lucrifaceret animos miserorum: hic vero fecit eam mensam nummulariorum. Tertio fundata est Ecclesia in fidei firmitate, justitia et veritate: hic vero fidem et mores fecit vacillare, justitiam sustulit, veritatem obumbravit: justum ergo judicium redde mihi.

Während des Abendlandes Kräfte zwischen den Mongolen, dem lateinischen Kaiserthume in Constantinopel, und den päpstlichen Streitigkeiten sich zersplitterten und dessen Begeisterung für Palästina sich abkühlte: fand das Königreich Jerusalem von dort her wenig Hülfe, als es durch die Chowaresmier im Dienste des Sultans von Aegypten von neuem hart bedrängt wurde, welche bald den größten Theil desselben mit der Hauptstadt eroberten (1247). Nur der fromme Ludwig IX. nahm das Kreuz (1248 Sechster Kreuzzug) x). Er dachte, in Aegypten Palästina zu erobern,

x) Jetzt schon getheilte Stimmen der Troubadours. Lebhaft ermuntert *Lanfranc Cigala* (Millot T. II. p. 158 vgl. Diez Leben u. Werke der Troubadours, Zwickau 1829, S. 569) das Kreuz zu nehmen. U. a. Je ne regarde point comme chevalier, quiconque ne va de bon coeur et de tout son pouvoir *au secours de Dieu, qui en a si grand besoin.* — Croyez-vous, méchans barons, qu'il convienne, *que Dieu vous aide, et que vous ne l'aidiez pas?* Dagegen entschuldigt sich *Sordel* gegen Carl von Anjou (l. c. p. 98): Seigneur comte, vous ne devez point exiger, que j'aille chercher la mort. — Par la mer tout le monde gagne son salut. Mais moi je ne suis point pressé de me sauver: je veux arriver le plus tard qu'il sera possible à la vie éternelle: ainsi je ne m'embarquerai de ma vie. Einige Jahre jünger ist die Sirvente des *Chevalier du Temple* (l. c. p. 467, das Origin. b. Raynouard T. IV. p. 131 Diez S. 588), wo es u. A. heißt: Dieu a donc juré de ne laisser vivre aucun chrétien, et de faire une mosquée (*bafomairia*) de l'église de Sainte-Marie (Kirche der Templer in Jerusalem). Et puisque son fils, qui devroit s'y opposer, le trouve bon, il y auroit de la folie à s'y opposer. Dieu dort, tandisque Mahomet (*Bafomet*) fait éclater son pouvoir. Le pape distribue en France des indulgences contre les Allemands: il montre bien ici sa convoitise; car la croisade va selon la croix des François (das mit einem Kreuze bezeichnete Geld); et l'on troque la croisade contre la guerre de Lombardie par la permission des légats, qui vendent Dieu

gewann auch Damiette (1249), wurde aber bey weiterem Vordringen gefangen genommen (1250), und kehrte 1254 mit einem geringen Reſte ſeines Heeres nach Frankreich zurück y).

§. 57.

Alexander IV. (25. Dec. 1254 — 25. Mai 1261). Urbanus IV. (29. Aug. 1261 — 2. Okt. 1264). Clemens IV. (5. Febr. 1265 — 29. Nov. 1268).

Quellen: *Jamsilla* u. *Malaspina* (ſ. vor §. 56.) Raumers Geſchichte d. Hohenſt. Bd. 4. S. 376 ff.

Alexander IV. a) konnte, ungeachtet er England faſt erſchöpfte b), nicht hindern, daß ſich Manfred, beſonders

---

apostolicam cum magistro suo quodam, ut puto *Bernhardo*, et hi petebant sectam suam a sede apostolica confirmari et privilegiari. Sane ipsi dicentes, se gerere vitam Apostolorum, nihil volentes possidere aut certum locum habere, circuibant per vicos et castella. Ast dominus Papa quaedam superstitiosa in conversatione ipsorum eisdem objecit, videlicet quod calceos desuper pedem praecidebant, et quasi nudis pedibus ambulabant. Praeterea cum portarent quasdam cappas, quasi religionis, capillos capitis non attondebant, nisi sicut laici. Hoc quoque probrosum in eis videbatur, quod viri et mulieres simul ambulabant in via, et plerumque simul manebant in una domo, et de eis diceretur, quod quandoque simul in lectulis accubabant. Quae tamen omnia ipsi asserebant ab Apostolis descendisse. Caeterum dominus Papa in loco eorum exurgentes quosdam alios, qui se appellabant *pauperes minores*, confirmavit, qui praedicta superstitiosa et probrosa respuebant, sed praecise nudis pedibus tam aestate quam hieme ambulabant, et neque pecuniam neque quicquam aliud praeter victum accipiebant, et si quando vestem necessariam quisquam ipsis sponte conferebat: non enim quicquam petebant ab aliquo. Hi tamen postea attendentes, quod nonnunquam nimiae humilitatis nomen gloriationem importet, et de nomine paupertatis cum multi eam frustra sustineant apud deum vanius inde gloriantur, maluerunt appellari *minores fratres*, quam *minores pauperes*, apostolicae sedi in omnibus obedientes Alii, videlicet *Praedicatores*, in locum *humiliatorum* successisse creduntur. *Humiliati* quippe, nulla habita auctoritate aut licentia Praelatorum mittentes falcem in messem alienam populis praedicabant, et vitam eorum plerumque regere satagebant, et confessiones audire, et ministeriis sacerdotum derogare. Quae volens corrigere Papa Ordinem *Praedicatorum* instituit et confirmavit. Illi quippe rudes et illiterati cum essent, operibus manuum instabant et praedicabant, accipientes necessaria a suis credentibus. Isti vero studio et lectioni sacrae scripturae jugiter insistentes, tantum in scribendo libros opus faciebant, et eos diligentissime a magistris suis audiebant, ut cum sagittis et arcu et omni armatura fortium possent ingredi et stare pro defensione

Zuerſt begann Franciscus von Aſſiſi c) ſeit 1207 bey einer Marienkirche in Portiuncula eine Geſellſchaft um ſich zu verſammeln, um in derſelben ein ſolches apoſtoliſches Leben und Wirken, im ſtrengſten Gehorſam gegen den apoſtoliſchen Stuhl, wiederherzuſtellen d). Seine überſpannte

---

sanctae matris Ecclesiae, et ex adverso adscendere, et ponere se murum pro domo Israel, dum fidem roborant, virtutes instruunt, statuta Ecclesiae docent et collaudant, vitia hominum et pravitates redarguunt et castigant. Nihilominus sedi apostolicae in omnibus obediunt, a qua auctoritatem praecipuam trahunt. Der hier genannte Bernhardus iſt Bernhardus Primus ſ. unten §. 88. not. u.

c) Unter den zahlreichen Biographieen ſind die wichtigſten: die von *Thomas de Celano* (dem Vf. der Hymne Dies irae, dies illa vgl. Mohnike Kirchen- und literarhiſtor. Studien. Bd. 1. Heft 1. Stralſund 1824. S. 3 — 100) einem Gefährten des Heiligen, um 1229 auf Befehl Gregors IX. geſchrieben (prim. ed. in Act. SS. Octobr. T. II. p. 683 ss.), die Ergänzung der *trium sociorum* näml. des Leo, Angelus und Ruffinus, 1246 geſchrieben (prim. ed. l. c. p. 723), und die von Bonaventura 1261 aus den früheren geſchöpfte und nachher im Orden ausſchließlich gebräuchliche Legende (l. c. p. 742 ss.). cf. *Acta SS. Octobr. T.* II. *p.* 545 *ss. ad d.* 4. *Oct.* — *Luc. Waddingi Annales Minorum s. trium Ordinum a S. Francisco institutorum. Lugd.* 1625—1654. *Tomi* VIII. *fol.* (gehen bis 1540). Die neue ſehr vermehrte Ausgabe: *Romae* 1731—1741. *Tomi* XIX. *fol.* reicht bis 1564.

d) *Thomas Celanus in vita Francisci lib.* I. *c.* 3. §. 22.: Sed cum die quadam Evangelium, qualiter Dominus miserit discipulos suos ad praedicandum, in eadem ecclesia [b. Mariae Virg. in Portiuncula] legeretur, et Sanctus Dei assistens ibidem verba evangelica intellexisset, celebratis missarum solemniis, a sacerdote sibi exponi Evangelium suppliciter postulavit. Qui cum ei cuncta enarrasset, audiens s. Franciscus, discipulos non debere aurum, sive argentum, vel pecuniam possidere, non peram, non sacculum, non panem, non virgam in via portare, non calceamenta, non duas tunicas habere: sed regnum Dei et poenitentiam praedicare:

Schwärmerei galt anfangs für Wahnſinn, wurde aber bald Gegenſtand einer faſt abgöttiſchen Verehrung e). Von Innocentius III. 1209 vorläufig, und von Honorius III.

---

continuo exultans in Spiritu Dei, hoc est, inquit, quod volo; hoc est, quod quaero; hoc totis medullis cordis facere concupisco. Festinat proinde Pater sanctus, superabundans gaudio, ad impletionem salutaris auditus. — Solvit protinus calceamenta de pedibus, baculum deponit e manibus etc. — *Cap.* 4. §. 23.: Exinde cum magno fervore spiritus et gaudio mentis coepit omnibus poenitentiam praedicare, verbo simplici, sed corde magnifico aedificans audientes. Erat verbum ejus velut ignis ardens, penetrans intima cordium. Et omnium mentes admiratione replebat. Totus alter videbatur, quam fuerat, et caelum intuens, dedignabatur respicere terram. §. 29.: Nachdem er acht Schüler geſammelt hatte, tunc b. Franciscus omnes ad se convocavit, et plura eis de regno Dei, de contemptu mundi, de abnegatione propriae voluntatis et proprii corporis subjectione pronuntians, binos illos in partes quatuor segregavit, et ait ad eos: Ite cautissimi, bini et bini per diversas partes orbis, annunciantes pacem hominibus, et poenitentiam in remissionem peccatorum. Et estote patientes in tribulatione, securi, quia propositum suum et promissum Deus adimplebit. Interrogantibus humiliter respondete, persequentibus benedicite, vobis injuriantibus et calumniam referentibus gratias agite: et pro his regnum vobis paratur aeternum.

e) *Thomas Celanus* lib. I. c. 8. §. 62.: Tanta erat fides virorum et mulierum, tanta mentis devotio erga Sanctum Dei, ut felicem se pronuntiaret, qui saltem vestimentum ejus contingere potuisset. Ingrediente ipso civitatem laetabatur clerus, pulsabantur campanae, exultabant viri, congaudebant foeminae, applaudebant pueri, et saepe ramis arborum sumptis psallentes ei obviam procedebant. Confundebatur haeretica pravitas, extollebatur fides Ecclesiae, et fidelibus vigilantibus haeretici latitabant. — Inter omnia et super omnia fidem s. Romanae Ecclesiae servandam, venerandam et imitandam fore censebat, in qua sola salus consistit omnium salvandorum.

1223 feierlich beſtätigt f), war der Orden (Ordo fratrum

f) *Regula Francisci* b. *Holstenius-Brockie* T. III. p. 30 ss. *cap.* 1.: Regula et vita Fratrum Minorum haec est, scil. domini nostri Jesu Christi sanctum Evangelium observare, vivendo in obedientia, sine proprio, et in castitate. Frater Franciscus promittit obedientiam et reverentiam domino Papae Honorio ac successoribus ejus canonice intrantibus et Ecclesiae Romanae. Et alii Fratres teneantur Fratri Francisco et ejus successoribus obedire. *Cap.* 4.: Praecipio firmiter Fratribus universis, ut nullo modo denarios vel pecuniam recipiant, vel per se, vel per interpositam personam. *Cap.* 6.: Fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem. Sed tanquam peregrini et advenae in hoc saeculo, in paupertate et humilitate Domino famulantes, vadant pro eleemosyna confidenter. Nec oportet eos verecundari, quia Dominus pro nobis se fecit pauperem in hoc mundo. Haec est illa celsitudo altissimae paupertatis, quae vos charissimos Fratres meos haeredes et reges regni coelorum instituit, pauperes rebus fecit, virtutibus autem sublimavit. Haec sit portio vestra, quae perducit in terram viventium. *Cap.* 9.: Fratres non praedicent in Episcopatu alicujus Episcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum. — Aus des h. Franz Teſtament (ſ. Wadding ad ann. 1226 no. 36. Acta SS. l. c. p. 663) iſt auszuzeichnen: — Praecipio firmiter per obedientiam fratribus universis, quod, ubicumque sunt, non audeant petere aliquam literam in curia Romana per se, nec per interpositam personam, nec pro ecclesia, nec pro alio loco, neque sub specie praedicationis, neque pro persecutione suorum corporum: sed ubicumque non fuerint recepti, fugiant ad aliam terram, ad faciendum poenitentiam, cum benedictione Dei. — Et omnibus fratribus meis, clericis et laïcis, praecipio firmiter per obedientiam, ut non mittant glossas in regula, nec in istis verbis [i. e. in testamento] dicendo: Ita volunt intelligi. Sed sicut dedit mihi Dominus pure et simpliciter dicere, et scribere regulam et ista verba, ita simpliciter et pure sine glossa intelligatis, et cum sancta operatione usque in finem observetis. — Die Ordensvorſteher

minorum) ſchon bei Franzens Tode († 4. Oct. 1226) zu vielen Tauſenden angewachſen g). Neben demſelben bildete ſich

heißen *Ministri*, nämlich *Custodes* (Guardiane), *ministri Provinciales*, *minister Generalis*. Alle drei Jahr *capitulum generale*.

g) *Jacobus de Vitriaco histor. occident. c.* 32.: Praedictis tribus, Eremitarum, Monachorum et Canonicorum religionibus, ut regulariter viventium quadratura fundamenti in soliditate sua firma subsisteret, addidit Dominus in diebus istis quartam religionis institutionem, Ordinis decorem et regulae sanctitatem. Si tamen Ecclesiae primitivae statum et ordinem diligenter attendamus, non tam novam addidit regulam, quam veterem renovavit, relevavit jacentem, et paene mortuam suscitavit religionem in vespere mundi tendentis ad occasum, imminente tempore filii perditionis, ut contra Antichristi periculosa tempora novos athletas praepararet, et Ecclesiam praemuniendo fulciret. Haec est religio vere pauperum Crucifixi, et Ordo Praedicatorum, quos fratres Minores appellamus, vere Minores, et omnibus hujus temporis Regularibus in habitu et nuditate et mundi contemptu humiliores. — Regulam autem ipsorum dominus Papa confirmavit, et eis auctoritatem praedicandi, ad quascunque veniunt ecclesias, concessit; Praelatorum tamen loci ob reverentiam requisito consensu. Mittuntur autem bini ad praedicandum, tanquam ante faciem Domini, et ante secundum ejus adventum. Ipsi autem Christi pauperes neque sacculum in via portant, neque peram, neque panem, — neque calciamenta in pedibus suis habentes: nulli enim hujus Ordinis fratri licet aliquid possidere. Non habent monasteria vel ecclesias, non agros vel vineas vel animalia, non domos vel alias possessiones, neque ubi caput reclinent. Non utuntur pellibus, neque lineis, sed tantummodo tunicis laneis caputiatis; non cappis, vel palliis, vel cucullis, neque aliis prorsus induuntur vestimentis. Si quis eos ad prandium vocaverit, manducant et bibunt, quae apud illos sunt. Si quis eis aliquid misericorditer contulerit, non reservant in posterum. — Non solum autem praedicatione, sed et exemplo vitae sanctae et conversationis perfectae multos, non solum inferioris ordinis

ſeit 1212 der weibliche Orden der Clariſſinnen (Ordo S. Clarae), welcher 1224 von Franciscus ſeine Regel erhielt h): von der wichtigſten Bedeutung für die Wirkſamkeit der Franciscaner wurde aber der 1221 von Franciscus für Weltleute geſtiftete *tertius ordo de poenitentia* (*Tertiarii* oder *fratres conversi*) i).

Gleichzeitig mit Franciscus gründete Dominicus k),

---

homines, sed generosos et nobiles ad mundi contemptum invitant: qui, relictis oppidis et casalibus et amplissimis possessionibus, temporales divitias et spirituales felici commercio commutantes, habitum fratrum Minorum, i. e. tunicam vilis pretii, qua induuntur, et funem, quo accinguntur, assumpserunt. Tempore enim modico adeo multiplicati sunt, quod non est aliqua Christianorum provincia, in qua aliquos de fratribus suis non habeant; — praesertim cum nulli ad religionem suam transeunti gremium claudant, nisi forte matrimonio vel aliqua religione fuerit obligatus. — 'Alios autem omnes in amplitudine religionis suae tanto confidentius — suscipiunt, quanto divinae munificentiae et providentiae sese committentes, unde eos Dominus sustentare debeat, non formidant. Ipsi enim funiculum cum tunica venientibus ad se largientes, quod reliquum est, supernae procurationi relinquunt.

h) ſ. dieſelbe b. *Holstenius-Brockie* T. III. p. 34 ss.

i) *Bonaventura in vita Franc. c.* 4.: Nam praedicationis ipsius fervore succensi quam plurimi utriusque sexus in conjugali pudicitia Domino famulantes secundum formam a Dei viro acceptam, novis se poenitentiae legibus vinciebant, quorum vivendi modum idem Christi famulus Ordinem fratrum de poenitentia nominari decrevit. Nimirum sicut in caelum tendentibus poenitentiae viam omnibus constat esse communem, sic et hic status clericos et laicos, virgines et conjugatos in utroque sexu admittens, quanti sit apud Deum meriti, ex pluribus per aliquos ipsorum patratis miraculis innotescit. Die Regel b. *Holstein-Brockie* T. III. p. 39 ss.

k) Unter den verſchiedenen Biographieen des Dominicus iſt die älteſte

ein Canonicus zu Osma, ſeit 1205 mit Bekehrung der Albigenſer beſchäftigt, zu dieſem Zwecke in Toulouſe eine Mönchsgeſellſchaft; gab derſelben neben der Regula S. Augustini, auf welche er von Innocentius III. gewieſen wurde, noch eigenthümliche Ordnungen [l]); erhob dieſelbe durch die von Honorius III. 1216 erhaltene päpſtliche Beſtätigung zu einem beſondern Orden (fratres Praedicatores) [m]); und nahm endlich für dieſen auf dem erſten zu Bologna gehaltenen Generalcapitel 1220 Franzens Grundſätze über die evangeliſche Armuth an [n]).

---

von *Jordanus*, dem Nachfolger des Heiligen im Ordensgeneralat (in den Act. SS. August. Tom. I. p. 545 ss.), die im Orden gebräuchliche von *Humbertus de Romanis*, fünftem Ordensgenerale, um 1254 geſchrieben. — cf. *Acta SS. August. T. I. p.* 358 *ss. ad d.* 4. *Aug.* — *Annales Ordinis Praedicatorum* (v. Th. M. Mamachius u. A.) *Romae vol.* I. 1746. *fol.*

l) Die *Constitutiones fratrum Ord. Praedicatorum* (b. *Holstenius-Brockie* T. IV. p. 10 ss.) ſind aus den Beſchlüſſen der verſchiedenen Generalcapitel von dem dritten Ordensgeneral *Raymundus de Pennaforti* geſammelt. Daſelbſt *Prolog. c.* 3.: Ordo noster specialiter ob praedicationem et animarum salutem ab initio noscitur institutus fuisse, et studium nostrum ad hoc debet principaliter intendere, ut proximorum animabus possimus utiles esse. Die Ordensobern heißen *Priores*, theils *Priores conventuales*, theils *provinciales*: Der Ordensgeneral *magister Ordinis*. Alle drei Jahr *capitulum generale*.

m) Die Bulle im Prologus der Conſtitutionen: Honorius — Dominico etc. Nos attendentes fratres Ordinis tui futuros pugiles fidei, et vera mundi lumina, confirmamus Ordinem tuum cum omnibus castris et possessionibus habitis et habendis, et ipsum Ordinem ejusque possessiones et jura sub nostra gubernatione et protectione suscipimus.

n) *Jordanus in vita S. Dominici cap.* 4.: Tunc etiam ordinatum est, ne possessiones vel reditus de caetero tenerent fratres nostri; sed et iis renuntiarent, quos habuerant in partibus

Zu dieſen beiden erſten Bettelorden kamen ſpäter noch die 1238 nach Europa verpflanzten Carmeliter (1245) o), und die Auguſtinereremiten (Eremitae s. Augustini. 1256) p). Nach dem Muſter der Franciscaner errichteten auch

---

Tholosanis. Die Dominicaner in Toulouſe widerſetzten ſich anfangs dieſem Beſchluße ſ. *Act. SS. l. c. p.* 494. — *Constantinus Episc. Urbevetanus*, welcher zwiſchen 1242 u. 1247 eine *vita Dominici* ſchrieb, erzählt darin no. 45. von den Aeußerungen des Heiligen auf ſeinem Todtenbette: Illud vero qua potuit districtione prohibuit, ne quis umquam in suo Ordine possessiones induceret temporales, maledictionem Dei omnipotentis et suam terribiliter imprecans ei, qui Praedicatorum Ordinem, quem praecipue paupertatis decorat professio, terrenae substantiae veneno respergere laboraret. Gegen die ſpätern Dominicaner, welche dieß gern für eine Erdichtung halten möchten ſ. *Act. SS. l. c. p.* 518. — In den *Constitutt. Fratr. Praedicatorum Dist. II. cap.* 1. *constit.* 3. findet ſich darüber folgendes: Mediocres domos et humiles fratres nostri habeant: nec fiant, aut permittantur fieri in domibus nostris curiositates et superfluitates notabiles in sculpturis, picturis, pavimentis et aliis similibus, quae paupertatem nostram deformant. In Ecclesiis tamen permitti poterunt. Si quis vero contra fecerit, poenae graviori culpae debitae subjacebit. Item possessiones, seu reditus nullo modo recipiantur, nec Ecclesiae, quibus animarum cura sit annexa.

o) Schon Honorius III. ſoll die Bulle *Ex officii nostri* 1226 erlaſſen haben (ſ. Bullarium Carmelitanum Romae 1715 ss. fol. P. I. p. 4), welche dann von Innocentius IV. 1245 wörtlich wiederholt ſeyn müßte (l. c. p. 5), worin den Carmelitern verboten wird, ne in proprietatem eremi vestrae loca, vel possessiones, seu domos, aut reditus alios recipiatis ullo modo, vel praesumatis habere, praeter asinos masculos, et aliquod animalium seu volatilium nutrimentum. Durch die Bulle *Quae honorem* 1218 (l. c. p. 8) gab Innocentius IV. darauf der Albertiniſchen Regel (ſ. oben §. 67. not. g) einige Modificationen.

p) Entſtanden durch die Vereinigung mehrerer italiän. Einſiedlergeſellſchaften, welche Alexander IV. durch die Bulle *Licet*

die übrigen Bettelorden nach und nach Tertiarier q): andere Vervielfältigungen dieſer neuen Mönchsfamilie wurden aber von Gregorius X. unterſagt r).

§. 69.

Wirkſamkeit der Bettelorden.

Die eigenthümliche Verfaſſung dieſer neuen Orden machte dieſelben zu den geeigneteſten Werkzeugen der Päpſte, um auf die Völker in Maſſe zu wirken. Daher wurden dieſelben bald mit reichen Privilegien ausgeſtattet a), daher ging aber auch

---

ecclesiae (im Bullar. Rom. no. VI.) 1256 bewirkte. In derſelben §. 6.: Vos universos et successores vestros a baculis vel ferulis deportandis, et quod non cogamini ad recipiendas possessiones aliquas vel habendas, decernens perpetuo liberos et exemptos.

q) Die fratres et sorores de poenitentia s. Dominici gingen aus den ſchon früher unter der Leitung der Dominicaner ſtehenden fratribus de militia Jesu Christi (ſ. unten §. 72. not. q) hervor (ſ. ein Zeugniß v. J. 1320 in d. *Istoria de' Cavalieri Gaudenti di F. D. M. Federici vol. II. Cod. diplom. p.* 91 und *Raymundus Capuanus*, General d. Dominicaner ſ. 1380, in ſ. *vita s. Catharinae Senensis c.* 8. *Act. SS. April. T. III. p.* 871 *s.*), und erhielten 1285 von dem Dominicanergeneral Munione eine Regel (b. *Federici l. c. p.* 28 *ss.*). Vgl. *Act. SS. August. T. I. p.* 418 *ss. Federici l. c. vol. II. p.* 108 *ss.* — Die Auguſtiner erhielten erſt 1401 von Bonifacius IX., die Carmeliter 1476 von Sixtus IV. die Beſtätigung ihrer dritten Orden.

r) *Conc. Lugdun.* ann. 1274. c. 23.

a) *Emm. Roderici nova collectio privilegiorum Apostolicorum Regularium Mendicantium et non mendicantium. Edit. nova Antverp.* 1623. *fol.* 3. B. p. 11 *Gregorius* IX. 1237 an alle Prälaten (auch b. *Matth. Paris* ann. 1246 p. 693 s.): Quoniam abundavit iniquitas, et refrixit charitas plurimorum, sacrum Ordinem dilectorum fratrum Minorum Dominus suscitavit, qui non quae sua, sed quae sunt Christi quaerentes, tam contra profugandas haereses, quam contra pestes alias morti-

der ursprüngliche Geist derselben bey vielen Gliedern bald in dem weltlichen Treiben des Papstthumes unter. Die Bettelmönche traten jetzt, als die begünstigte päpstliche Geistlichkeit, der bischöflichen Geistlichkeit gegenüber, und zogen die geistliche Wirksamkeit der letztern immer mehr an sich b), ohne daß

---

feras exstirpandas, se dedicaverunt evangelizationi Verbi Dei in abjectione voluntariae paupertatis. Dann der Befehl, quatenus filios fratres ejusdem Ordinis memorati, pro reverentia divina et nostra, ad officium praedicandi, ad quod sunt ex professione sui Ordinis deputati, benigne recipere procuretis; ac populos vobis commissos, ut ex ore ipsorum Verbi Dei semen devote suscipiant, admonentes, etiam in suis necessitatibus personaliter assistatis; nec impediatis, quo minus illi, qui ad praedicationem eorum accesserunt, tunc eorum sacerdotibus valeant confiteri etc. *Idem* 1240. p. 7, ut nullus ex Praelatis a fratribus Minoribus obedientiam manualem praesumat exigere. *Innocentius* IV. 1249. p. 15 an die Minoriten: sepulturam ecclesiarum vestrarum liberam esse decernimus, ut eorum devotioni, et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nullus obsistat.

b) Das lebendigste Gemälde der Wirksamkeit der Bettelorden bei *Matthaeus Paris.* z. B. *ann.* 1243 *p.* 612: Et quod terribile est et in triste praesagium, per trecentos annos, vel quadringentos, vel amplius, Ordo Monasticus tam festinanter non cepit praecipitium, sicut eorum Ordo, quorum fratres jam vix transactis viginti quatuor annis primas in Anglia construxere mansiones, quarum aedificia jam in regales consurgunt altitudines. Hi jam sunt, qui in sumptuosis et diatim ampliatis aedificiis, et celsis muralibus thesauros exponunt impreciabiles; paupertatis limites, et basim suae professionis, juxta prophetiam Hildegardis Alemannicae (untergeschoben cf. *Act. SS. Sept. T. V. p.* 675 *s.*), impudenter transgredientes. Morituris Magnatibus et divitibus, quos norunt pecuniis abundare, diligenter insistunt, non sine Ordinariorum injuriis et jacturis, ut emolumentis inhient, confessiones extorquent et occulta testamenta, se suumque Ordinem solum

die lauten Klagen derſelben und der Haß der ältern Orden

---

commendantes, et omnibus aliis praeponentes. Unde nullus fidelis, nisi Praedicatorum et Minorum regatur consiliis, jam credit salvari. In acquirendis privilegiis solliciti; in curiis Regum et Potentum consiliarii, et cubicularii, et thesaurarii, paranymphi, et nuptiarum praeloquutores; Papalium extortionum executores; in praedicationibus suis vel adulatores, vel mordacissimi reprehensores, vel confessionum detectores, vel incauti redargutores. Ordines quoque authenticos, et a ss. Patribus constitutos, videlicet a ss. Benedicto et Augustino, et eorum professores contemnentes (prout in causa Ecclesiae de Scardeburc, in qua Minores turpiter ceciderunt, patuit), suum Ordinem aliis praeponunt. Rudes reputant, simplices, et semilaicos vel potius rusticos, Cistercienses: Nigros vero superbos, et Epicureos. *Ad ann.* 1246. p. 694. Nachdem er die päpſtl. Privilegien der Bettelorden aufgezählt hat, fährt er fort: His igitur laetificati et magnificati Praedicatores varios Ecclesiarum Praelatos — procaciter alloquentes, indulta sibi talia privilegia in propatulo demonstrarunt, erecta cervice ea exigentes recitari, et in eorum Ecclesiis veneranter recipi et commendari, et ad praedicandum populo, sine aliqua contradictione, vel in synodis, vel in Ecclesiis Parochianis, quasi legatos vel etiam Dei angelos admitti. Et se ingerentes nimis impudenter rogitabant singulos, etiam saepe viros religiosos: »esne confessus?« quibus si responsum fuisset: *etiam;* »a quo?« *A sacerdote meo.* »Et quis ille idiota? nunquam theologiam audivit, nunquam in Decretis vigilavit, nunquam unam quaestionem dicit enodare. Caeci sunt, et duces caecorum: ad nos accedite, qui novimus lepram a lepra distinguere, quibus ardua, quibus difficilia, quibus Dei secreta patuerunt. Nobis confitemini imperterriti, quibus tanta, ut jam videtis et auditis, concessa est potestas.« Multi igitur, praecipue nobiles et nobilium uxores, spretis propriis sacerdotibus et Praelatis, ipsis Praedicatoribus confitebantur: unde non mediocriter viluit Ordinariorum dignitas et conditio; et de tanto sui contemptu non sine magna confusione doluerunt.

nec sine evidenti causa. — Videbant insuper parochianos suos audacter jam peccare et impudenter, scientes se coram Presbytero proprio non erubescere, sua enormia peccata confitendo; quod magnum reputatur periculum, cum rubor et confusio in confessione pars sit maxima et potissima poenitentiae. Dicebantque susurrantes peccaturi ad invicem: *Perpetremus quae nobis voluptuosa videntur et placentia: aliquibus enim Praedicatorum vel Minorum per nos transitum facientibus, quos nunquam vidimus vel unquam visuri sumus, cum consummatum fuerit quod desideramus, sine aliqua mora confitebimur. Ad ann.* 1247 *p.* 727: Fratres Minores et Praedicatores, ut credimus, invitos jam suos fecit dominus Papa, non sine Ordinis eorum laesione et scandalo, teloniarios et bedellos. *p.* 734: Verum non cessavit dominus Papa pecuniam aggregare, — faciens de fratribus Praedicatoribus et Minoribus, etiam invitis, non jam piscatores hominum, sed nummorum. *Ad ann.* 1239 *p.* 518: Et facti sunt eo tempore Praedicatores et Minores Regum consiliarii et nuncii speciales: ut, sicut quondam mollibus induti in domibus Regum erant, ita tunc, qui vilibus vestiebantur, in domibus, cameris et palatiis essent Principum. Um 1245 erließ die engl. Weltgeiſtlichkeit ein Klagſchreiben an ihren König (in *Petri de Vineis Epistt. lib. I. Ep.* 37. *Usser de Christian. Eccles. successione et statu, ed.* 1687 *p.* 137) worin es u. a. heißt: fratres Praedicatores et Minores — nos et jura nostra minoraverunt in tantum, quod simus jam ad nihilum redacti. — Tacemus autem qualiter praedicti fratres, in alienam messem paulatim manum immittentes, clerum singulis dignitatibus supplantarunt, et sibi poenitentias, et baptismata, infirmantium unctiones et coemiteria usurpantes, in se omnem vim et auctoritatem clericalis ministerii astrinxerunt. Nunc autem ut jura nostra potentius enervarent, et a nobis devotionem praeciderent singulorum, duas novas fraternitates creaverunt, ad quas sic generaliter mares et foeminas receperunt, quod vix unus et una remansit, cujus nomen in altera non sit scriptum. Unde convenientibus singulis in Ecclesiis eorundem nostros parochianos maxime diebus solemnibus habere non possumus ad divina: imo, quod deterius est, nefas credunt, si ab aliis

ihnen hätten ſchaden können c). Auf der Univerſität zu Paris

---

quam ab ipsis audiant verbum Dei. — Quid ergo aliud superest, nisi ut Ecclesias nostras — funditus diruamus? — Ipsi vero Praedicatores et Minores, imo nostri Praelati potius et Majores, qui a domiciliis et tuguriis inceperunt, domos regias et palatia subnixa altis columnis et officinis distincta variis erexerunt, quorum impensae deberent in usum pauperum erogari. Et qui prius in nascentis eorum religionis exordio, deposito fastu, calcare mundi gloriam videbantur, nunc fastum resumere, et amplecti videntur gloriam quam calcarunt. Vgl. den Satyriker *Rutebeuf* (um 1270) im Auszuge in Schloſſers Vincent v. Beauvais Th. 2. S. 158 ff.

c) Zwar hob Innocentius IV. kurz vor ſeinem Tode 1254 die anſtößigen Privilegien der Bettelmönche auf ſ. *Waddingi Ann. Minor.* ann. 1254 no. 2 ss. u. aus demſ. *Raynald* ad ann. eund. no. 70 ss. Die dort fehlenden Urkunden ſind *Innocentii* IV. *literae dd. VI. Idus Maji ann.* 1254 *ad Episc. Constantiensem* (in *J. H. Hottingeri histor. ecclesiast.* T. VIII. p. 1246 ss.) ganz gleichlautend *ad Archiep. Narbonensem* (in *Steph. Baluzii Conc. Galliae Narbon. Append. p.* 156): und deſſelben Bulle *ad universos Religiosos cujuscunque professionis vel Ordinis* v. 21. Nov. 1254 (in *Bulaei hist. Univ. Paris* III. *p.* 270 *ss.*): beyde im weſentlichen deſſelben Inhalts. Vgl. in der Erſten die Klagen der Capitel in Zürich u. Narbonne: Parochiani irrequisitis sacerdotibus, imo potius damnabiliter vilipensis ad quosdam religiosos, velut apud ipsos resinam duntaxat salutis inveniant, se temere transferentes, — nexus vitiorum in confessione depromunt. — Porro tamquam parum sit proprios taliter sacerdotes despicere, nisi eorum Ecclesiae pariter contemnantur, iidem Parochiani — cum in praefatis Ecclesiis tam in officiis divinis, quam sacrae praedicationis eloquiis aure devotionis vocem sui deberent suscipere sacerdotis, ipsis Ecclesiis contra SS. canonum statuta contemptis, ad eorundem religiosorum divertunt Ecclesias. — Si Parochianorum — [uni] contingat in aegritudinis lectum decidere, statim confluunt religiosi praedicti, et plerumque infirmum, invitatione praeventa sub pietatis specie, visitantes, ipsius

bemächtigten sich zuerst die Dominicaner (1230), bald

testamentum componunt et ordinant, magno tandem adscribentes muneri, si executores mereantur ipsius fieri testamenti. Quid plura? blandis ipsorum infirmus illectus sermonibus, omissis avitis et paternis sepulchris, apud eos eligens sepeliri, ampla ipsis, praedictis vero Ecclesiis nulla vel modica legata largitur etc. Die Verordnungen am ausführlichsten in der zweyten Bulle: attendentes, quod ex usurpatione hujusmodi non tantum indevotio et contemptus in populo prodeunt contra proprios sacerdotes, verum etiam erubescentia, quae est magna pars poenitentiae, tollitur, dum quis non proprio sacerdoti, quem habet continuum et praesentem, sed alieno et aliquando transeunti — sua crimina confitetur: — Universitati vestrae — mandamus, quatenus Parochianos alienos diebus dominicis et festivis non recipiatis de caetero in vestris Ecclesiis seu Oratoriis temere ad divina, nec ipsos sine sacerdotis sui licentia ad poenitentiam ullatenus admittatis: cum si quis alieno sacerdoti justa de causa sua voluerit confiteri peccata, secundum statuta generalis Concilii licentiam prius postulare ac obtinere debeat a proprio sacerdote, vel saltem primo sibi confiteri et recipere absolutionis beneficium ab eodem: aliter namque ab ipso solvi non poterit, cum duplex in judicando funiculus, scilicet potestatis et scientiae, requiratur, quorum alterum constat in alieno deficere sacerdote. Et ne parochialibus Ecclesiis devotio debita subtrahatur, ante Missarum solemnia, ad quae audienda Parochiani prima diei parte in suis consueverunt et debent Ecclesiis convenire, nequaquam in vestris Ecclesiis praedictis, nec hora illa, solemnes in eis faciatis sermones, ne propter hos audiendos ad vos populus confluens parochiales Ecclesias derelinquat: sed nec ad praedicandum solemniter ad alias parochias accedatis, nisi a sacerdote parochiarum istarum fueritis invitati, vel saltem nisi ad illud humiliter petieritis et obtinueritis vos admitti. Et ut debitus honor Episcopis deferatur, eadem die qua dioecesanus Episcopus vel alius loco ejus solemniter, maxime in Ecclesia cathedrali, nullus vestrum in eadem civitate vel loco praedicare praesumat, ne

darauf auch die Franciscaner einer cathedra magistra-

---

salubris praedicationis doctrina ex frequenti conculcatione hujusmodi quasi taedium generans contemnatur. Si vero in casu licito Parochianos alterius ad sepulturam, quam nemo sine justa et rationabili causa temere debet eligere antiquis suorum parentum dimissis sepulchris, in vestris Ecclesiis recipere vos contingat: omnia quae obtentu hujus sepulturae hujus fueritis consequuti, medietatem vel tertiam vel quartam partem, juxta felicis recordationis Gregorii Papae praedecessoris nostri decretum, secundum consuetudinem regionis, etiam non requisiti, infra VIII. dies a tempore receptionis eorum Episcopo vel sacerdoti, de cujus parochia mortuus assumptus est, exhibere curetis. — Als aber Innocentius IV. bald darauf ſtarb, erzählten die Bettelmönche ſogleich (ſ. den Zeitgenoſſen, den Dominicaner *Thomas Cantipratanus* de apibus lib. II. c. 10. no. 21.): cum — litteras dedisset —, eadem die paralysi percussus obmutuit, nec unquam postea invaluit, aut surrexit. — Manifestissime visus est mortuus dari Sanctis Dei Francisco atque Dominico; und (cf. *Monachus Patavinus* um 1270, in *Chron. lib.* II. in *Muratorii rer. Ital.* T. VIII.) die von den Bettelmönchen angeſtellten Litaneyen hätten die h. Jungfrau bewogen, die Sache mit einem fili exaudi eos zu empfehlen: weshalb es auch am Hofe zum Sprichworte geworden ſey: A litaniis Praedicatorum libera nos Domine (*Wadding* l. c. *Bulaeus* III. p. 273 ss.). So fand Alexander IV. es gerathen, wenige Tage nach ſeiner Stuhlbeſteigung dd. 31. Dec. [illegible] die Verordnung ſeines Vorgängers zu widerrufen (die Bulle b. *Wadding* im Regest. Pontific. *Bulaeus* III. p. 273. *Rodericus* p. 19 bulla II.); und 1259 erklärte er ſogar den Bettelmönchen (*Rodericus* p. 27): dudum in quibusdam nostris literis determinando expressimus, quod vos de licentia, vel commissione, aut concessione Legatorum sedis apostolicae, *vel* Ordinariorum locorum libere potestis praedicare populis, audire confessiones, aut poenitentias injungere, *sacerdotum parochialium assensu minime requisito.* Auf dieſe Privilegien geſtützt fuhren die Bettelmönche fort, den Weltgeiſtlichen feindlich entgegenzuwirken, ſ. die Klagen d. Biſchofs Walther v. Stras-

lis in theologia. Da sie noch mehr Lehrstellen an sich zu

---

burg in *Concil. Mogunt. ann.* 1261 b. Mansi XXIII, p. 1106 u. *Ejusd. Conc. c.* 45. In Lübeck kam es 1277 über das Begräbniß einer reichen Matrone zwischen den Bettelmönchen und den Weltgeistlichen zu einem offenen Streite; vgl. das Schreiben des Erzb. v. Bremen an d. Cölner Domcapitel v. J. 1278 (von mir mitgetheilt u. erläutert in Ullmanns u. Umbreits Theol. Studien u. Kritiken Bd. 1. Heft 1. S. 109 ff.): Et ecce quid faciunt et fecerunt praedicti fratres: concitare coeperunt Consules et populum dictae civitatis universum; et dominum Episcopum cum Capitulo et Clero suo ab ipsa civitate irreverenter ejecerunt, et ipsi in locum ipsorum surrexerunt, dicti quoque Episcopi prohibitione contempta singulas Ecclesias et Parochias in civitate ab ipso interdictas Pastoribus legitimis fugatis officiantes, praedicantes, confessiones audientes, oblationes tollentes, sacramenta ministrantes, sententias Ordinarii non curantes, sed nullas fore ipsas judicantes, — occasionem dantes, ut contra Clericos, et quemlibet suo Episcopo obedientem clametur Ketzeren, Ketzeren! in capite omnium platearum. Praedicant et dicti fratres in suis stationibus, quod nulli obedire teneantur, nec Episcopis, nec Archiepiscopis, nec Primatibus, nec apostolicae sedis Legatis. Dennoch urtheilte der vom Papste delegirte Richter 1280 zu Gunsten der Bettelmönche. Endlich stellte Bonifacius VIII. um 1300 durch die Decretale *Super cathedram* (*Extravag. comm. lib. III. Tit.* 6. *c.* 2.) diese Verhältnisse etwas billiger fest. Er verordnete, 1. ut fratres Praedicatorum et Minorum Ordinum in Ecclesiis et locis eorum, ac in plateis communibus libere valeant — praedicare — hora illa dumtaxat excepta, in qua locorum Praelati praedicare voluerint, vel coram se facere sollemniter praedicari. — In Ecclesiis autem parochialibus fratres illi nullatenus audeant vel debeant praedicare, — nisi a parochialibus sacerdotibus invitati fuerint vel vocati, et de ipsorum beneplacito et adsensu. 2. ut magistri — Praedicatorum — et custodes Minorum — ad praesentiam Praelatorum eorundem locorum se conferant, — humiliter petituri, ut fratres, qui ad hoc electi fuerint, in eorum ci-

ziehen ſuchten, geriethen ſie ſeit 1252 in einen heftigen Streit mit der Univerſität [d]). Ihr vorzüglichſter Gegner *Guilelmus de Sancto Amore*, Doctor der Sorbonne, ging in demſelben zu einem Angriffe auf das Inſtitut der Bettel-

---

vitatibus et dioecesibus confessiones subditorum suorum confiteri sibi volentium audire libere valeant. — Quodsi forte jam dicti Praelati quemquam ex dictis fratribus, praesentatis eisdem, ad hujusmodi officium nollent habere, vel non ducerent admittendum: eo amoto — loco ipsius similiter eisdem praesentandus Praelatis possit et debeat alius subrogari. Si vero iidem Praelati praefatis fratribus — hujusmodi exhibere licentiam recusarint: nos exnunc ipsis, ut confessiones sibi confiteri volentium libere liciteque audire valeant, et eisdem poenitentias imponere salutares, atque eisdem beneficium absolutionis impertiri, gratiose concedimus de plenitudine apostolicae potestatis. Per hujusmodi autem concessionem nequaquam intendimus — fratribus ad id taliter deputatis potestatem in hoc impendere ampliorem, quam in eo curatis vel parochialibus sacerdotibus est a jure concessa. 3. ut fratres in Ecclesiis vel locis suis — liberam, ut sequitur, habeant sepulturam, videlicet quod omnes ad eam recipere valeant, qui sepeliri elegerint in locis — memoratis. Verum — auctoritate apostolica constituimus — eadem, ut dictorum ordinum fratres de obventionibus omnibus, tam funeralibus, quam quibuscunque et quomodocunque relictis, — quartam partem — parochialibus sacerdotibus — largiri integre teneantur. Benedictus XI. hob zwar 1304 dieſe Beſtimmungen wieder auf und ertheilte den Bettelmönchen alle ihre alten Privilegien wieder (*Extrav. Comm. lib. V. Tit.* 7. *c.* 1.): indeß Clemens V. ſetzte 1311 durch die Decretale *Dudum* (*Clement. III. Tit.* 7. *c.* 2.) wieder die Verordnung Bonifacius VIII. in Kraft.

d) cf. *Bulaei hist. Univ. Paris.* T. III. p. 240 ss. *Crevier hist. de l'université de Paris.* T. I. p. 396 ss. *Dubarle hist. de l'université*, *Paris* 1829, *T. I. p.* 90 *ss.* Cramer-Boſſuet Th. 7. S. 131 ff. Schloſſers Vincent v. Beauvais Th. 2. S. 140.

mönche selbst, und auf ihr Leben und Wirken über e): gegen

---

e) Durch die Schrift *De periculis novissimorum temporum*, 1256 (*ed. Edw. Brown in Append. ad Fasciculum rerum expetendarum et fugiendarum p.* 18. und in *Guil. Opp.* [*ed. de Flavigny*] *Constantiae* [*Paris.*] 1632. 4.), so betitelt mit Beziehung auf 2. Tim. 3, 1. in 14. Capp. getheilt. Er zeigt *Cap.* 1. quod in finali Ecclesia multa imminebunt pericula Ecclesiae universae. *Cap.* 2. per quos instabunt dicta pericula (geschildert nach 2. Tim. 3, 2.). Illi dicuntur amare se ipsos, qui licet velint alios corrigere, non tamen ab aliis hominibus volunt corrigi in factis suis, licet aliquando perversis. — Illi ergo maxime, qui in statu perfectionis sunt, cum honorem suum temporalem cum multorum etiam offendiculo appetunt et quaerunt, plus diligunt se quam Deum. — Subjungit Apostolus: *ex his qui penetrant domos.* — Qui autem sunt penetrantes domos, exponit Glossa sic: Illi penetrant domos, qui ad literam ingrediuntur domos illorum, quorum regimen animarum ad eos non pertinet, et rimantes proprietates i. e. secreta eorum: quod non potest fieri, nisi ingerant se ad audiendum confessiones peccatorum eorum. — Instabunt etiam pericula per pseudopraedicatores, *Matth.* 24, 11.: *Multi pseudoprophetae surgent, et seducent multos.* Pseudo autem praedicatores sunt omnes qui praedicant non missi, quantumcunque literati sunt et sancti, etiamsi faverent signa vel miracula, nach Rom. 10, 15. — Ab Ecclesia vero eliguntur Episcopi, qui Apostolis successerunt, et parochiales, qui discipulis septuaginta duobus successerunt. — Unde Coëpiscopi, qui officium Episcopi usurpant in aliquo, ab Ecclesia sunt sublati, cum non nisi duos ordines inter discipulos Domini esse cognoverimus, i. e. XII. Apostolorum et LXXII. discipulorum. Unde iste tertius ordo Presbyterorum (*Praedicatorum?*) ignoratur. Et quod ratione caret, extirpare necesse est. — Si vero dominus Papa concedit aliquibus personis potestatem praedicandi ubique, intelligendum est, ubi ad hoc fuerint invitati. — Et sic non potest Romanus Pontifex destruere, quod ab Apostolis et Prophetis dictum est: alioquin errare convincetur, ut dicit Urbanus Papa

ihn vertheidigten beſonders Thomas von Aquino und

Caus. XXV. *Qu.* I. *c.* 6. — Ergo si viri regulares praedicationi se immisceant, videtur, quod non sint a Deo missi, et ideo pseudo sunt reputandi. Sic ergo patet ex praedictis, qui sunt penetrantes domos, et qui sunt pseudo; patet etiam, per quos instant vel instabunt pericula novissimo.um temporum universae Ecclesiae. — *Cap* XII. qualiter sunt dicta pericula repellenda! Unter den angegebenen 6 Mitteln iſt das fünfte, praecipere illis, qui sunt de secta illa, ut deserant eam, quia tales finaliter deserunt Christum. — Heu modo utinam attenderent viri religiosi, qui se curiis principum ingerunt, quod Petrus semel curiam principis intravit, et ter Christum negavit. Item quod vivere tales debeant de labore corporis: imo etiam omnes Christiani, qui non habent aliud unde vivant, dum tamen sint validi corpore, non obstante, etiamsi vacent operibus spiritualibus, nach 1. *Thess.* 4, 11. 2. *Thess.* 3, 10. Si quaeratur cujusmodi periculum sit in pseudo, necessaria sumi mendicando: respondemus, quoniam illi qui de mendicitate vivere volunt, fiunt adulatores, et detrectatores, et mendaces, et fures, et a justitia declinantes. — Sed dices: nonne opus perfectionis est omnia relinquere pro Christo, et postea pro Christo mendicare? Respondetur: omnia pro Christo relinquere, et ipsum sequi, imitando in bonis operibus, opus perfectionis est: *Luc.* 18, 22.: *Vende omnia quae habes, et da pauperibus, et sequere me.* Glossa: bene operando, non dicit mendicando: nam hoc prohibetur ab Apostolo, ut supra dictum est. Qualiter ergo vivendum est viro perfecto, postquam reliquerit omnia? Respondetur: aut operando corporaliter manibus, aut intrando monasterium, ubi habeat necessaria vitae. — Validus corpore, qui de labore suo, vel aliunde vivere potest, si eleemosynas pauperum mendicorum recipit, sacrilegium committit. Sed dicit quis: quidam sunt regulares, qui, licet sint validi corpore, tamen illos Ecclesia diutius mendicare permisit, vel saltem dissimulavit, numquid tales permittendi sunt perpetuo mendicare? Respondetur: quod non, cum faciant contra Apostolum, et alias scripturas. — Quapropter si etiam confirmatum esset ab

Bonaventura f) ihre Orden: und der äußere Sieg blieb durch päpstliche Unterstützung auf Seiten der Letztern. Dennoch konnte sich selbst Bonaventura es nicht verbergen, daß der sich vielfach gegen die Bettelorden äußernde Haß von denselben reichlich verschuldet sey g).

Ecclesia per errorem, nihilominus tamen comperta veritate revocari debet. Nam sententiam Romanae sedis non negamus posse in melius commutari *Caus.* XXXV. *Qu.* IX. — Quod dicunt aliqui majoris perfectionis esse, Monachos nihil habere in proprio, nec in communi, quam nihil habere proprium, sed habere in communi, ut Monachi habent, contrarium est veritate (wegen *Joh.* 12, 6. *Act.* 4, 32.). Gleichen Inhalts sind *Guilelmi Sermones II.* b. *Brown l. c. p.* 43. — Die Schrift *De periculis noviss. temp.* wurde zwar alsbald 1256 von Alexander IV. verdammt (die Bulle b. *Bulaeus* III. p. 310): indeß noch 1266 sandte Wilhelm dem Papste Clemens IV. eine Umarbeitung derselben mit dem Titel: *Collectiones catholicae et canonicae contra pericula imminentia Ecclesiae universali per hypocritas, pseudopraedicatores, et penetrantes domos, et otiosos, et curiosos, et gyrovagos.*

f) *Thomae opusculum XIX. contra impugnantes Dei cultum et religionem;* und *Bonaventurae lib. apologeticus in eos, qui Ordini FF. Min. adversantur. Ejusd. de paupertate Christi contra Mag. Guilelmum* u. s. w.

g) Vgl. das Circulare, welches derselbe als General der Minoriten an alle Ordensobere dd. Paris d. 23. April 1257 (b. Wadding ad h. a. no. 9.) erließ: Sane perquirenti mihi causas, cur splendor nostri Ordinis quodammodo obscuratur, — occurrit negotiorum multiplicitas, qua pecunia, nostri Ordinis paupertati super omnia inimica, avide petitur, et incaute recipitur, et incautius contrectatur. Occurrit quorundam fratrum otiositas, quae sentina est omnium vitiorum, qua plurimi sopiti, monstruosum quendam statum inter contemplativam et activam eligentes, non tam carnaliter, quam crudeliter sanguinem comedunt animarum. Occurrit evagatio plurimorum, qui propter solatium suorum corporum gravando eos, per quos

Da die Bettelmönche auf fortwährende Mildthätigkeit des Volks angewieſen waren, ſo lag es ihnen gar zu nahe, um dieſelbe ſtets rege zu erhalten, ihre Orden durch Erdichtungen aller Art in der öffentlichen Meinung möglichſt hoch zu ſtellen: und ſo wurden ſie die wirkſamſten Beförderer des kirchlichen Aberglaubens.

Die Franciscaner ſuchten theils durch die übertriebenſte Erhebung ihres Stifters h), theils durch den Portiunculaablaß i) die Bedeutung ihres Ordens zu erhöhen.

---

transeunt, non exempla post se relinquunt vitae, sed scandala potius animarum. Occurrit importuna petitio, qua omnes transeuntes per terras adeo abhorrent fratrum occursum, ut eis timeant quasi praedonibus obviare. Occurrit aedificiorum constructio sumptuosa et curiosa, quae fratrum pacem inquietat, amicos gravat, et hominum perversis judiciis multipliciter nos exponit. Occurrit multiplicatio familiaritatum, quam regula nostra prohibet, ex qua suspiciones, infamationes et scandala plurima oriuntur. Occurrit improvida commissio officiorum, qua fratribus nondum usquequaque probatis, nec carne maceratis, nec spiritu roboratis, imponuntur officia vix portanda. Occurrit etiam sepulturarum et testamentorum avida quaedam invasio, non sine magna turbatione Cleri, et maxime sacerdotum parochialium. Occurrit mutatio locorum frequens et sumptuosa cum quadam violentia et perturbatione terrarum, cum nota inconstantiae, non sine praejudicio paupertatis. Occurrit tandem sumptuositas expensarum. Nam cum fratres paucis nolint esse contenti, et charitas hominum refriguerit, *facti sumus omnibus onerosi, magisque fiemus in posterum, nisi remedium celeriter apponatur.* Vgl. einen deutſchen Dichter aus dem 13ten Jahrh. in d. Wiener Jahrbüchern Bd. 32. (1825) S. 210.

h) ſ. unten §. 70. not. a—c.

i) Alle ältere Biographen, ſelbſt noch Bonaventura, ſchweigen von demſelben: das älteſte Zeugniß iſt die Ausſage zweier Franciscaner Benedictus de Aretio u. Raynerius de Mariano vor einem Notarius dd. 31. Oct. 1277 (b. *Wadding* ad h. a. §. 19. *Baluzii Miscellan. lib.* IV. p. 490. *Acta SS.*

Die Dominicaner gaben dem Aberglauben ein neues

Octobr. T. II. *p.* 887 *ss.*), daß sie häufig a quodam sociorum b. Francisci, qui vocabatur frater Masseus de Marignano, gehört hätten, quod ipse fuit cum b. Francisco apud Perusium, ante praesentiam domini Papae Honorii, cum petivit indulgentiam omnium peccatorum pro illis, qui contriti et confessi convenirent ad locum sanctum Mariae de Angelis, qui alio nomine Portiuncula nuncupatur, prima die Kal. Augusti, a vespere dicti diei usque ad vesperas sequentis diei. Quae indulgentia cum fuisset tam humiliter quam constanter a b. Francisco postulata, fuit tandem a summo Pontifice liberalissime concessa: quamvis diceret ipse Pontifex, non esse consuetudinis apostolicae sedis, talem indulgentiam facere. Ein anderer Franciscaner Michael Angelus setzt in seiner Aussage (zuerst v. *Mansi* in s. Ausg. v. Baluz. Misc. T. II. mitgetheilt, *Acta SS. l. c. p.* 892) noch hinzu: Et cum b. Franciscus exiret a d. Papa, audivit post concessionem vocem dicentem: fili Francisce, scias, quod sicut haec indulgentia data est in terra, ita confirmata est in coelo. In jeder spätern Relation erhielt die Legende neue Anschwemmungen. *Ubertinus de Casali* (um 1312) in s. *Arbor vitae crucifixae* lib. IV. c. 40. am Ende: Cui etiam Ecclesiae [s. Mariae de Portiuncula] secunda die Augusti Virgo beatissima a filio suo obtinuit in caelis, et Franciscus a Papa in terris indulgentiam remissionis plenariae omnium peccatorum. Demnach wird in dem Schreiben Theobalds Bisch. v. Assisi v. J. 1327 (*Act. SS. l. c. p.* 880) die Sache mit einer Erscheinung eingeleitet: Cum staret b. Franciscus apud S. Mariam de Portiuncula, fuit sibi de nocte revelatum a Domino, quatenus ad summum Pontificem, dominum Honorium, qui pro tempore erat Perusii, accederet pro indulgentia impetranda pro eadem Ecclesia s. Mariae de Portiuncula etc. Franciscus geht, und der Papst erfüllt nach einer langen Verhandlung seine Bitte. Tunc b. Franciscus inclinato capite egrediebatur de palatio. Dom. Papa videns eum abire, vocans eum, dixit: *O Simplicone, quo vadis? Quid tu portas de hujusmodi indulgentia?* Et b. Franciscus respondit: *Tantum sufficit mihi verbum vestrum.*

Werkzeug in dem Roſenkranze k). Der Carmeliter-

Si opus Dei est, ipse suum opus habeat manifestare. De hujusmodi ego nolo aliud instrumentum, sed tantum sit charta b. Virgo Maria, notarius sit Christus, angeli sint testes (eine feine Wendung, um ſpäter den Mangel eines Documents zu entſchuldigen). Endlich wird der Ablaß in Gegenwart von 7 Biſchöfen in Portiuncula von Franciscus feierlich verkündigt: *Ego volo vos omnes mittere ad paradisum, et annuntio vobis indulgentiam, quam habeo ab ore summi Pontificis, et omnes vos, qui venistis hodie, et omnes qui venerint annuatim tali die, bono corde et contrito, habeant indulgentiam omnium peccatorum suorum.* In dem Schreiben des Corradus B. v. Aſſiſi v. J. 1335 (Act. SS. l. c. p. 882 ss.) ſogar eine doppelte Erſcheinung Chriſti mit ſeiner Mutter, eine doppelte Reiſe zum Papſte ꝛc. cf. *Act. SS.* l. c. p. 879—919. Cyprian d. J. (Jac. Danzer's) krit. Geſch. d. Portiuncula-Ablaſſes 1794. 8.

k) Seit auf die häufige Wiederholung von Gebetsformeln Werth gelegt wurde, dachte man natürlich auch auf Mittel, ſich die Zählung derſelben zu erleichtern und zu ſichern. So zählte ſchon ein ägyptiſcher Mönch Paulus ſeine Gebete durch Steinchen (*Palladii hist. Lausiaca c.* 23.), eine engliſche Gräfinn Godiva um 1040 an einer Schnur. Dieß beweiſet indeß nichts für das Daſeyn des Roſenkranzes, als allgemeiner üblichen Werkzeuges. Zwar verdient Alanus de Rupe, ein ſehr fabelhafter Biograph des h. Dominicus im 15ten Jahrh. (*Act. SS. August. T. I. p.* 364 *ss.*) keinen Glauben, wenn er, als der Erſte, dieſen Heiligen vorzüglich den Roſenkranz predigen läßt: denn dieſes Predigen gehört eben ſo wie die dem Roſenkranzbeten verliehenen Abläſſe erſt dem 15ten Jahrh. an. Da indeß der Roſenkranz zuerſt unter den Dominicanern, und zwar ſchon 1270, mit dem techniſchen Namen Pater noster, vorkommt; ſo darf man wohl annehmen, daß er dieſem Orden vorzugsweiſe angehöre, und nicht viel jünger als derſelbe ſey. Um 1270 heißt es nämlich ſchon von einem Dominicaner Nicolaus: Pater noster, quod personaliter quatuor annis portaverat (ſ. *Quetif et Echard Scriptt. Ord. Praedicatorum T. I. p.* 411 vgl. *p.* 852). *Mabillon Acta SS. Ord. Bened. Saec. V. Praef. p. LXXVI. Acta SS. Aug. T. I. p.* 422 *ss.*

omnes dentes ei excuti, et linguam abscidi: Longinus tamen ex hoc loquelam non perdidit, sed accepta securi omnia idola comminuit et fregit dicens: si Dii sunt, videbimus. Daemones autem de idolis exeuntes in Praesidem et in omnes ejus socios intraverunt, et insanientes et latrantes se Longini pedibus prostraverunt. — Cum ergo Praeses insaniret et oculos amisisset, dixit ei Longinus: scito, quomodo sanari non poteris, nisi quando me occideris. Quam cito enim a te mortuus fuero, pro te orabo, et sanitatem tibi corporalem et animae impetrabo. Et statim eum decollari jussit. Post hoc abiit ad corpus ejus et prostratus cum lacrymis poenitentiam egit, et continuo visum et sanitatem recepit, et in bonis operibus vitam finivit.

f) Vgl. die Minneſänger, z. B. Reinmar v. Zweter (Maneſſens Sammlung von Minneſängern. Th. 2. S. 139):

Si hat den starken Got uns uberwunden,
Das sin Gewalt ist so von ir gebunden,
Das er niht wan genade biutet,
Fride und stete Süne er git.

Meiſter Rumslant (b. Maneß Th. 2. S. 224):

Vür welhen Sünder Maria wil dingen;
Si sprichet: Kint dis sint die Briuste, die du sugest,
Gedenke, lieber Sun, gewer mich ob du mugest,
La mich den Sünder dir ze hulden bringen,
Sich, Herzentrut, dis ist der Schos,
Da ich dich uf want mit kranken (ſchlechten) Tuochen u. s. w.
So nimt der Sun sin edel Muoter bi der Hant,
Er sprichet: Vater min, es ist also gewant,
Ich und min Muoter suochen din Erbarmen.
Gedenke Vater wie ich von dem Himel kam,
Und von miner Muoter Menschheit an mich nam,
Du sehe (ſaheſt) mich gekriuzet mit den Armen,

Den Tot ich vür die Sünder leit,
Nu schowe Herre Vater mine Wunden,
Ich leit an Henden und un Füzen Ungemach,
Und in der Siten, da mich tot ein blinde (der angeblich blinde Longinus) stach,
Darumbe hat manig Sünder Genade funden.

Vgl. Peſcheck: der religiöſe Glaube der gebildeten Laien in Deutſchland u. ſ. w. namentlich im 13ten Jahrh. in Stäudlin's und Tzſchirner's Archiv für Kirchengeſch. Bd. 4. St. 3. S. 512 ff. H. Hoffmann's Geſch. des deutſchen Kirchenliedes bis auf Luthers Zeit, Breslau 1832, S. 50 f. Ueber die Einmiſchung ritterlicher Galanterie in den Mariendienſt vgl. Wielands Neuer deutſcher Merkur Dec. 1796. S. 329 ff. März 1797. S. 205 ff. Gott der Vater minnete Maria vgl. Peſcheck a. a. O. S. 490 ff. z. B. Reinmar v. Zweter (b. Maneß Th. 2. S. 123):

Dur Mine wart der Alte jung,
Der je was alt an Ende,
Von Himel tet er einen Sprung
Herabe in dis Ellende u. s. w.

Friedrich v. Suonenburg (a. a. O. S. 210):

Sich Gotes Tochter, wiltu mich
Nicht mieten (lohnen) Kiuniginne,
So sage ich, was ein hoher Man
Mit dir begangen hat.
Er nam sich dir ze dienen an
In minneklicher Minne,
Er warb es tougen (heimlich) wider dich,
Do tet du swes er bat:
Dir gieng sin Bet und siniu Wort
Durh Oren und durh Ougen,
Aldar kam siner Fröiden Hort
Ze dir geslichen tougen.
Er was dir inneklichen bi
Mit Warheit sunder Spot,
Doch weis ich diner hulde dri (Trinität)
Der du verholne pflege, und was des Gabriel din Bot.

Aber auch die Verehrung der Maria nahm die Geſtalt eines ritterlichen Frauendienſtes an, ſ. Wieland a. a. O. Vgl. das Minne-

zeichneteſten Lehrern dieſer Zeit g) hervor. Wie die Sonn=

lied an Maria v. d. Troubadour *le Moine de Fossan* in Millot hist. des troub. T. II. p. 224.

g) Selbſt ein Bernhard (*Sermo in Nativ. b. Mariae, de aquaeductu* §. 7., in *Opp. ed. Mabillon T.* II. *p.* 160) ſagt: Totis ergo medullis cordium, totis praecordiorum affectibus, et votis omnibus Mariam hanc veneremur, quia sic est voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per Mariam. — Ad Patrem verebaris accedere, solo auditu territus, ad folia fugiebas (Anſpiel. auf Gen. 3, 7. 10.): Jesum tibi dedit mediatorem. — Sed forsitan et in ipso majestatem vereare divinam, quod licet factus sit homo, manserit tamen Deus. Advocatum habere vis et ad ipsum? Ad Mariam recurre. Pura siquidem humanitas in Maria, non modo pura ab omni contaminatione, sed et pura singularitate naturae. Nec dubius dixerim, exaudietur et ipsa pro reverentia sua. Exaudiet utique matrem filius, et exaudiet filium pater. Filioli, haec peccatorum scala, haec mea maxima fiducia est, haec tota ratio spei meae. Quid enim? Potestne filius aut repellere, aut sustinere repulsam: non audire, aut non audiri filius potest! Neutrum plane. *Invenisti*, ait Angelus, *gratiam apud Deum* (*Luc.* 1, 30.). Feliciter. Semper haec inveniet gratiam, et sola est gratia, qua egemus etc. — Am unerſchöpflichſten in Mariens Lobe war Bonaventura in den Schriften: *Speculum b. Mariae Virginis*, *Corona b. Mar. Virginis*, *Carmina super canticum Salve Regina*, *Laus b. Virginis Mariae* (ſämmtlich in *Opp. T. VI. P.* 2.). Das *Psalterium minus* u. *Psalterium majus b. Mariae Virginis* werden ihm wahrſcheinlich mit Unrecht zugeſchrieben, ſo wie eine ähnliche Arbeit, die *Biblia Mariana*, dem Albertus M.: ſie ſind aber aus dieſer Zeit. Das *Psalterium majus* iſt eine Parodie des David. Pſalters z. B. *Psalm.* 1.: Beatus vir qui diligit nomen tuum, Maria Virgo: gratia tua animam ejus confortabit. Tanquam aquarum fontibus irrigatum uber, in eo fructum justitiae propagabis. Benedicta tu inter mulieres, per credulitatem cordis sancti tui. Universas enim foeminas vincis pulchritudine carnis: superas Angelos et Archangelos excellentia sanctitatis. Misericordia tua

und Feſttage dem Herrn, ſo waren die Sonnabende und Vigilien der Herrinn des Himmels gewidmet h): eben ſo

---

et gratia ubique praedicatur: Deus operibus manuum tuarum benedixit. Gloria Patri etc. *Psalm* 93: Deus ultionum Dominus, sed tu Mater misericordiae ad miserandum inflectis etc. *Psalm.* 109.: Dixit Dominus Dominae nostrae: sede mater mea a dextris meis. Bonitas et sanctitas placuerunt tibi: ideo regnabis mecum in aeternum etc. — Um dieſen Uebertreibungen eine dogmatiſche Grundlage zu geben, forderte man für die Maria hyperduliam im Gegenſatze zu der den übrigen Heiligen gebührenden dulia. Zuerſt gedenkt *Lombardus Lib. III. Dist.* 9. einer höheren Stufe der Dulie, aber in Beziehung auf die Menſchheit Chriſti: (quidam) duliae duas species vel modos esse dicunt. Est enim cujusdam modi dulia, quae creaturae cuilibet exhiberi potest: et est quaedam *soli* humanitati Christi exhibenda, non alii creaturae, quia Christi humanitas super omnem creaturam est veneranda et diligenda. Indeß überwog die andere Meynung, Christi humanitatem una adoratione cum verbo esse adorandam, alſo adoratione latriae. So ließ man jetzt jene höhere Stufe der Dulie für die Menſchheit Chriſti fallen, nahm ſie aber bald darauf, als Hyperdulie, für die Maria in Anſpruch, welche in jener Stelle des Lombardus noch ausdrücklich von derſelben ausgeſchloſſen wird. *Alex. Halesius P. III. Qu.* 30. *Membr.* 3. *Art.* 1. *Bonaventura in Sent. Lib. III. Dist.* 9. *Art.* 1. *Qu.* 3. Vgl. *Thomas Summae P.* III. *Qu.* 25. *Art.* 5. Cum igitur b. Virgo sit pura creatura rationalis, non debetur ei adoratio latriae, sed solum veneratio duliae: eminentius tamen, quam caeteris creaturis, in quantum ipsa est mater Dei. Et ideo dicitur, quod debetur ei non qualiscunque dulia sed hyperdulia. Idem *Secunda Secundae* Qu. 103. Art. 4.: Hyperdulia videtur esse medium inter latriam et duliam.

h) vgl. Abth. 1. §. 33. not. p. *Stephanus de Borbone* (Dominicaner in Lyon um 1225) *de septem donis Spiritus S.* in *Echard Scriptt. Praedicat. I. p.* 189: multi ex devotione, quam habent ad eam (Mariam) omnium festivitatum — jejunant vigilias, etiam multi in pane et aqua, hac etiam intentione multi, ut ipsa eis obtineat, ne moriantur inconfessi. Et licet mala sit

theilte ſich der durch die Erfindung des Roſenkranzes i) vollendete Gebetsmechanismus zwiſchen Gott und der Maria k).

---

in hoc superstitio et abusio, et reprobanda, quam quidam habent circa ejus misericordiam, confidentia, hac faciendo mala securius, quasi faciendo haec jejunia non possint hinc migrare impoenitentes et inconfessi: devotio tamen pia circa haec jejunia est approbanda (die alte Formel, welche das Verderbniß der Kirche zum großen Theile verſchuldet). Dann erzählt Stephanus, wie beſonders der Sonnabend zu Ehren der Maria als Faſttag begangen würde, von Vielen bey Waſſer und Brot, von Andern durch Enthaltung von Fleiſch, von Andern nach Art der Quadrageſimalfaſten, von Allen in dem Vertrauen, quod b. Virgo, si hoc usque ad septennium compleverint, per hoc trahat eos ad bonum finem.

i) vgl. oben §. 69. not. k.

k) Zuerſt erzählt *Petrus Damiani Opusc.* 33. *c.* 3. es als etwas beſonderes, daß ein Cleriker täglich die Maria mit Luc. 1, 28.: Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus begrüßt habe. Dieß wurde bald häufiger, und von der heil. Jungfrau wunderbar belohnt, ſ. *Hermanni* (um 1130) *narratio restaurationis Abbatiae S. Martini Tornacensis* in *d'Achery Spicilegium T. II. p.* 905. Die erſte Verordnung darüber iſt von Odo, ſ. 1196 B. v. Paris, ſ. *Praecepta communia no.* 10. (*Mansi* XXII, *p.* 681): Exhortentur populum semper presbyteri ad dicendam orationem dominicam, et Credo in Deum, et salutationem b. Virginis. Im 13ten Jahrh. wird das Ave Maria zum ſtehenden Gebete. Nach *Stephanus de Borbone* in *Echard Scriptt. Praedic.* I. *p.* 189 beteten devote Perſonen daſſelbe täglich, Einige 1000, Andere 100, Andere 50mal; nach *Thomas Cantipratensis bonum univ. de apibus lib. II. c.* 29. *art.* 6 *et* 8. viele tres Salutationum quinquagenas. Zu der urſprünglichen Formel kam bald noch et benedictus fructus ventris tui, Urbanus IV. fügte noch hinzu Jesus Christus, Amen. Der weitere Zuſatz: Sancta Maria, Dei Genitrix, ora pro nobis peccatoribus nunc et in hora mortis, Amen, hat ſich ſtückweiſe ſeit dem Anfange des 16ten Jahrh. gebildet, und hat erſt durch das *Breviarium Pii V.* allgemeine kirchliche Aufnahme gewonnen, ſ. *Mabillon Acta SS. Ord. Ben. Saec. V. Praef. p. LXXVII ss.*

Als indeß einige Canonici in Lyon um 1140 die Lehre von der unbefleckten Empfängniß Mariä 1) und ein Feſt zur Ehre derſelben erſannen; ſo fanden ſie nicht nur bey dem heil. Bernhard m) ſtarken Widerſpruch, ſondern auch andere

---

1) Für ſündlos war Maria ſchon lange gehalten, auch wohl wie von *Paschasius Radb. de partu Virg.* (in d'Achery spicileg. T. I. p. 46) für sanctificata in utero matris, nicht aber für unſündlich empfangen. cf. *Anselmus cur Deus homo? Lib.* II. *c.* 17.: De massa peccatrice et humano genere, quod totum infectum erat peccato, hominem sine peccato, quasi azymum de fermento, Deus assumsit. Nam licet ipsa hominis ejusdem conceptio sit munda, et absque carnalis delectationis peccato; virgo tamen, unde assumtus est, *est in iniquitatibus concepta*, et in peccatis concepit eam mater ejus, et *cum originali peccato nata est*, quia et ipsa in Adamo peccavit, in quo omnes peccarunt.

m) *Bernardi Epist.* 174. *ad Canonicos Lugdunenses:* — Miramur satis, quid visum fuerit hoc tempore quibusdam vestrum voluisse mutare colorem optimum, novam inducendo celebritatem, quam ritus Ecclesiae nescit, non probat ratio, non commendat antiqua traditio. Numquid Patribus doctiores aut devotiores sumus? Periculose praesumimus quicquid ipsorum in talibus prudentia praeterivit. Nec vero id tale est, quod nisi praetereundum fuerit, Patrum quiverit omnino diligentiam praeteriisse. — Ortum Virginis didici in Ecclesia et ab Ecclesia indubitanter habere festivum atque sanctum, firmissime cum Ecclesia sentiens, in utero eam accepisse, ut sancta prodiret. Et de Jeremia siquidem lego, quod priusquam de ventre exiret, sanctificatus sit (*Jer.* 1, 5.); et de Joanne Baptista non secus sentio, qui ex utero Dominum in utero sensit (*Luc.* 1, 41.). Videris etiam tu, an et de s. David idipsum liceat opinari (wegen Ps. 70, 6. 21, 11. 12.). — Caeterum quatenus adversus originale peccatum haec ipsa sanctificatio valuerit, — non temere dixerim. Sanctificatos tamen non dubitaverim dicere, quos Deus sanctificavit, et cum eadem sanctificatione prodiisse ex utero, quam accepe-

Theologen des 12ten Jahrh. n) erklärten ſich gegen dieſe

runt in utero, nec reatum, quem in conceptione traxerunt, valuisse ullatenus horum natali jam donatam praepedire seu praeripere benedictionem. — Fuit proculdubio et Mater Domini ante sancta quam nata. Nec fallitur omnino s. Ecclesia, sanctum reputans ipsum Nativitatis ejus diem, et omni anno cum exultatione universae terrae votiva celebritate suscipiens. Ego puto, quod et copiosior sanctificationis benedictio in eam descenderit, quae ipsius non solum sanctificaret ortum, sed et vitam ab omni deinceps peccato custodiret immunem: quod nemini alteri in natis quidem mulierum creditur esse donatum. — Quid adhuc addendum his putamus honoribus? Ut honoretur, inquiunt, et conceptus, qui honorandum praeivit partum: quoniam, si ille non praecessisset, nec iste esset, qui honoratur. Quid si alius propter eandem causam etiam utrique parenti ejus festos honores asserat deferendos? Sed de avis et proavis idipsum posset pro simili causa quilibet flagitare: et sic tenderetur in infinitum, et festorum non esset numerus. Patriae est, non exilii, frequentia haec gaudiorum, et numerositas festivitatum cives decet, non exules. Sed profertur scriptum supernae, ut ajunt, revelationis. Quasi et quivis non queat scriptum aeque producere, in quo Virgo videatur idipsum mandare et de parentibus suis. — Ipse mihi facile persuadeo scriptis talibus non moveri, quibus nec ratio suppeditare, nec certa invenitur favere auctoritas. — Etsi quibus vel paucis filiorum hominum datum est cum sanctitate nasci, non tamen et concipi: ut uni sane servaretur sancti praerogativa conceptus, qui omnes sanctificaret, solusque absque peccato veniens, purgationem faceret peccatorum etc.

n) Bernhards Zeitgenoſſe *Potho Presb. Prumiensis de statu domus Dei lib.* III. *in fine* (*Bibl. max. Patr.* T. XXI. p. 502): Quae igitur ratio haec festa celebranda nobis induxit, festum videlicet s. Trinitatis, festum transfigurationis Domini? Additur his a quibusdam, quod magis absurdum videtur, festum quoque conceptionis s. Mariae. Das Uebrige, was er darüber ſagt, iſt wörtlich aus Bernhards Briefe genommen. Um 1175 war *Ni-*

Neuerung. Im 13ten Jahrh. verbreitete ſich zwar das festum conceptionis allmählig immer weiter o): indeß die

---

colaus Mon. S. Albani in England ein eifriger Vertheidiger der unbefleckten Empfängniß: aber *Petrus Cellensis*, damals Abt v. St. Remigius in Rheims, wies ihn zurecht, und vertheidigte Bernharden gegen ihn. ſ. *Petri Cell. Epistt. Lib.* VI. *Epist.* 23. (*Bibl. PP. max. T.* XXIII. *p.* 878) *Lib.* IX. *Ep.* 9 u. 10. (*ib. p.* 902). — *Joannes Beleth* (ſ. vor §. 77.) *divin. offic. explicatio c.* 146.: Festum conceptionis aliqui interdum celebrarunt, et adhuc fortassis celebrant: sed authenticum atque approbatum non est, immo vero prohibendum potius esse videtur. [In peccato namque concepta fuit.

o) cf. *Conc. Oxoniense ann.* 1222. *cap.* 8.: Statuimus quod festa subscripta sub omni veneratione serventur, videlicet — omnia festa b. Mariae, praeter festum conceptionis, cujus celebrationi non imponitur necessitas. Dagegen findet ſich daſſelbe ohne Zuſatz in den Feſtverzeichniſſen: *Statuta Synodalia Eccl. Cenomanensis ann.* 1247 *in fine* (*Mansi* XXIII. *p.* 761), *Conc. Copriniacense* zwiſchen 1250 u. 1260. *cap.* 21. (*Mansi* XXIII. *p.* 870), u. *Exoniense ann.* 1287. *c.* 23. (*Mansi* XXIV. *p.* 813). Auf dem *Capit. generale* der Franciscaner zu Piſa i. J. 1263. (*Wadding* ad h. a. no. 16.) wurde verordnet, ut novae hae festivitates admitterentur in Ordine, videlicet conceptionis b. Virginis Mariae, Visitationis ejusdem, b. Annae illius genitricis, et Marthae Virginis. (Sorgfältig aber unkritiſch iſt alles hierher gehörige geſammelt von dem Franciscaner *M. Ant. Gravois de ortu et progressu cultus ac festi immaculati conceptus b. Dei genetricis Virg. Mariae. Lucae* 1762. 4. vgl. beſ. das Summarium seu Documentorum regestum hinten. In den ältern dort angeführten Stellen iſt conceptio b. Mariae die Conceptio activa s. Annunciatio. Im 13ten Jahrh. wird indeß überall nur die Feyer der Conceptio, nicht der Conc. immaculata erwähnt: cf. *Thomae Summa* P. III. *Qu.* 27. *Art.* 2. unten not. q. *Durandi Rationale divin. offic. lib.* VII. *c.* 7.: Quidam etiam faciunt quintum festum s. de conceptione b. Mariae, dicentes, quod, sicut celebratur de morte Sanctorum non propter mortem, sed quia tunc recepti sunt in nuptiis aeternis, simi-

Lehre von der unbefleckten Empfängniß wurde von keinem bedeutenden Theologen dieſes Jahrhunderts angenommen p).

---

liter potest celebrari festum de conceptione, non quia sit concepta, quia in peccato est concepta, sed quia mater Domini est concepta: asserentes, hoc fuisse revelatum cuidam Abbati in naufragio constituto. Quod tamen non est authenticum, unde non est approbandum, cum concepta fuerit in peccato, seu per concubitum maris et foeminae.

p) auch nicht von den Franciscanern: *Antonius Paduanus Sermo in feriam quintam in passione* (*Francisci Assis. et Antonii Opp. ed. J. de la Haye. Lugd.* 1653. *fol. p.* 122) rechnet, wie Bernhard oben not. m, die h. Jungfrau zu denen, qui fuerunt sanctificati in utero. *Alexander Ales. P. III. Qu.* 10. *Membr.* 2. *Art.* 1.: necesse fuit, quod b. Virgo in generatione sua contraheret peccatum a parentibus; aber *Art.* 4.: Virgo ante nativitatem suam et post infusionem animae in suo corpore fuit sanctificata in utero matris suae. *Bonaventura in lib.* III. *Dist.* 3. *Pars* I. fragt *Art.* 1. zuerſt *de sanctificatione Virginis quantum ad congruentiam temporis*, und entſcheidet *Qu.* 1. quod caro b. Virginis ante animationem non fuit sanctificata. *Qu.* 2.: Quidam dicere volunt, in anima gloriosae Virginis gratiam sanctificationis praevenisse maculam peccati originalis. — Aliorum positio est, quod sanctificatio Virginis subsecuta est originalis peccati contractionem. — Hic autem modus dicendi communior est, et rationabilior et securior. — Huic ergo positioni adhaerentes — teneamus secundum quod communis opinio tenet, Virginis sanctificationem fuisse post originalis peccati contractionem. *Qu.* 3.: pro indubitanti habet hoc Ecclesia, videlicet quod b. Virgo fuerit in utero sanctificata. — Si autem quaeratur, qua die vel hora sanctificata fuerit, hoc ignoratur: tamen probabiliter creditur, quod cito post infusionem animae fuerit facta infusio gratiae Dann *Art.* II. *de virtutis efficacia.* Zuerſt *Qu.* 1. B. Virgo Maria per sanctificationis gratiam copiosam immunis fuit ab omni culpa actuali, tam mortali quam veniali. *Qu.* 2.: In prima sanctificatione fuit fomes concupiscentiae in Virgine consopitus, in secunda (*Luc.* 1, 35.) extinctus et eradicatus.

Das Anſehen des gefeyerten Thomas q) ſchien dieſelbe ſchon

Qu. 3. A massa peccati liberata fuit Virgo Maria in prima sanctificatione, liberata etiam fuit in secunda, sed in prima fuit conformis aliis sanctificatis (näml. Jeremiae, Joh. Baptistae), in secunda vero facta est conformis filio, quem genuit. Eben ſo *Albertus M. in Sent. lib. III. Dist.* 3.

q) *Thomae Summa Theol. P.* III. *Qu.* 27. *Art.* 1.: De sanctificatione b. Mariae, quod scilicet fuerit sanctificata in utero, nihil in Scriptura canonica traditur, quae etiam nec de ejus nativitate mentionem facit. Sicut tamen (*Pseudo-*) Augustinus in sermone de assumptione ipsius Virginis rationabiliter argumentatur, quod cum corpore sit assumpta in coelum, quod tamen scriptura non tradit, ita etiam rationabiliter argumentari possumus, quod fuerit sanctificata in utero. *Art.* 2.: Sanctificatio b. Virginis non potest intelligi ante ejus animationem, duplici ratione. Primo quidem, quia sanctificatio, de qua loquimur, non est nisi emundatio a peccato originali. — Culpa autem non potest emundari, nisi per gratiam, cujus subjectum est sola creatura rationalis. Et ideo ante infusionem animae rationalis b. Virgo sanctificata non fuit. Secundo quia cum sola creatura rationalis sit susceptiva culpae, ante infusionem animae rationalis proles concepta non est culpae obnoxia. Et sic quocumque modo ante animationem b. Virgo sanctificata fuisset, numquam incurrisset maculam originalis culpae, et ita non indiguisset redemptione et salute, quae est per Christum. — Hoc autem inconveniens est, quod Christus non sit salvator omnium hominum. — Si numquam anima b. Virginis fuisset contagio originalis peccati inquinata, hoc derogaret dignitati Christi, secundum quam est universalis omnium salvator. — Licet Romana Ecclesia conceptionem b. Virginis non celebret, tolerat tamen consuetudinem aliquarum Ecclesiarum illud festum celebrantium. Unde talis celebritas non est totaliter reprobanda. Nec tamen per hoc, quod festum conceptionis celebratur, datur intelligi, quod in sua conceptione fuerit sancta: sed quia, quo tempore sanctificata fuerit, ignoratur, celebratur festum sanctificationis ejus potius quam

für immer geſtürzt zu haben, als Duns Scotus, auch hier dem Dominicaner widerſprechend, unter allen Scholaſtikern zuerſt und daher noch furchtſam r), die unbefleckte Empfängniß in Schutz nahm. Dadurch wurde dieſe Lehre, zwar nicht ſogleich, aber doch im Laufe des 14ten Jahrh., wie die ganze ſcotiſtiſche Theologie, Lehre der Franciscaner.

---

conceptionis in die conceptionis ipsius. *Art.* 3. Videtur dicendum, quod per sanctificationem in utero non fuerit sublatus b. Virgini fomes secundum essentiam, sed remanserit ligatus. — Postmodum vero in ipsa conceptione carnis Christi, in qua primo debuit refulgere peccati immunitas; credendum est, quod ex prole redundaverit in matrem, totaliter fomite subtracto. *Art.* 4.: Simpliciter fatendum est, quod beata Virgo nullum actuale peccatum commisit, nec mortale, nec veniale, ut sic in ea impleatur, quod dicitur *Cant.* 4, 7.: *Tota pulchra es amica mea, et macula non est in te.*

r) *Duns Scotus in Sent. lib.* III. *Dist.* 3. *Qu.* 1. §. 9.: Deus potuit facere, quod ipsa nunquam fuisset in peccato originali; potuit etiam fecisse, ut tantum in uno instanti esset in peccato; potuit etiam facere, ut per tempus aliquod esset in peccato, et in ultimo illius temporis purgaretur. — Quod autem horum trium, quae ostensa sunt esse possibilia, factum sit, Deus novit: si auctoritati Ecclesiae, vel auctoritati scripturae non repugnet, videtur probabile, quod excellentius, attribuere Mariae. Entſchiedener, aber auch kurz *l. c. Dist.* 18. *Qu.* 1. §. 13.: b. Virgo mater Dei nunquam fuit inimica actualiter ratione peccati actualis, nec ratione originalis (fuisset tamen, nisi fuisset praeservata). Den Franciscanern wird gewöhnlich nacherzählt (*Wadding ann. Minorum. ann.* 1304. *no.* 34., *Bulaei hist. Univ. Paris. T.* IV. *p.* 71), Duns Scotus habe nachher in Paris die Lehre v. d. unbefleckten Empfängniß gegen 200 Dominicaner in einer öffentlichen Disputation verfochten, und dadurch die Univerſität zu dem Beſchluſſe veranlaßt, ne ad ullos gradus scholasticos admitteretur ullus, qui prius non juraret, se defensurum b. Virginem a noxa originaria, wel-

§. 79.

Feſte.

Schon oben iſt von den beiden wichtigſten Feſten, die in dieſem Zeitabſchnitte eingeführt worden ſind, dem Feſte der Empfängniß Mariä (§. 78.) und dem Fronleichnamsfeſte (§. 77.) geredet worden. Characteriſtiſch für dieſe Zeit iſt es aber, daß ſeit dem 12ten Jahrh. die Geiſtlichen anfingen, die alte heidniſche Decemberfreyheit a)

---

chem ſie votum de celebranda quotannis festivitate immaculatae conceptionis hinzugefügt habe. Aber die älteſten Gewährsmänner dafür ſind die Franciscaner *Bernardinus de Bustis* (um 1480) u. *Pelbartus Temestarius* (um 1500), und der Erſte ſetzt ſogar in ſ. Mariale jenes Decret in d. J. 1333: in den Akten der Univerſität findet ſich nichts davon: die galliſche Nation auf d. Univ. Paris beſchloß erſt 1380, quod a modo celebraretur festum conceptionis gloriosae V. M. eodem modo, quo et alia festa solent celebrari (*Bulaeus l. c. p.* 964): u. erſt 1387 erklärte ſich die Univerſität entſchieden gegen die Dominicaner (ſ. unten Abth. 3. §. 117. not. g) cf. *d'Argentré collectio judiciorum de novis erroribus T.* I. *p.* 335. — Den ſpätern Franciscanern iſt es überhaupt befremdend, daß ihr Doctor subtilis ſo kurz über die Sache iſt: ſie meynen daher, ſeine Hauptſchriften darüber ſeyen verloren gegangen, z. B. *Hugo Cavellus* in vita Scoti cap. ult. vor den Quaestiones deſſelben.

a) cf. Saturnalia, Sigillaria, Kalendae Januarii. Verbote der Concilien gegen die heidn. Feyer der letzteren noch bis ins neunte Jahrh. ſ. *du Fresne glossar. ad Scriptt. mediae et infimae latinitatis* s. v. *Cervula*, *Cervulus* und *Kalendae* s. *festum Kalendarum*. Von dieſen war gewiß auch noch der Keim erhalten, der ſich jetzt zu dem *festum stultorum* entwickelte. Keineswegs läßt ſich aber, wie *du Fresne* s. v. *Kalendae* will, mit dem *festum stultorum* der 16te lat. Canon des *Conc. Constantinop. oecum.* VIII. *ann.* 869 in Verbindung ſetzen. Denn die dort mit Abſcheu erwahnte verſpottende Nachahmung kirchlicher Handlungen war blos das Werk der Frivolität des Kaiſers Michael III. (857—

an kirchliche Feste anzuknüpfen, und unter ihrem Schirme das Heilige frech zu verhöhnen b). Es ergingen zwar dagegen

---

867, von welcher *Constantinus Porphyrogenn. in Basilio no.* 21., *Continuator Theophanis lib.* IV. *no.* 38., *Symeon Logotheta in Michaele no.* 18. erzählen: diese war etwas Einzelnes, und eine Feindseligkeit gegen die Kirche. Eher ließe sich etwas Analoges in demjenigen finden, was *Georgius Cedrenus* in *histor. compend. ed. Paris p.* 639 von Theophylact, Patriarchen von Constantinopel im 10ten Jahrh. erzählt: *ἔργον ἐκείνου καὶ τὸ νῦν κρατοῦν ἔθος, ἐν ταῖς λαμπραῖς καὶ δημοτελέσιν ἑορταῖς ὑβρίζεσθαι τὸν θεὸν καὶ τὰς τῶν ἁγίων μνήμας διὰ λογισμάτων ἀπρεπῶν καὶ γελώτων καὶ παραφόρων κραυγῶν, τελουμένων τῶν θείων ὕμνων.* Und nachher: *τὰς Σατανικὰς ὀρχήσεις καὶ τὰς ἀσήμους κραυγὰς καὶ τὰ ἐκ τριόδων καὶ χαμαιτυπείων ἠρανισμένα ἄσματα τελεῖσθαι ἐδίδαξεν.*

b) Der Erste, der davon redet, ist *Jo. Beleth* in *Explicat. divin. offic. cap.* 70., de iis festivitatibus, quae Christi Nativitatem proxime sequuntur: Debent ergo vesperae Natalis primo integre celebrari, ac postea conveniunt diaconi quasi in tripudio, cantantque *Magnificat* cum Antiphona de S. Stephano, — et universum officium crastinum celebrant Diaconi, quod Stephanus fuerit Diaconus. — Sic eodem modo omne officium perficient sacerdotes ipso die b. Joannis, quia hic sacerdos fuerit, et pueri in ipso festo Innocentum, quia Innocentes pro Christo occisi sunt. *Cap* 72.: Festum Hypodiaconorum, quod vocamus stultorum, a quibusdam perficitur in circumcisione, a quibusdam vero in Epiphania, vel in ejus octavis. Fiunt autem quatuor tripudia post nativitatem Domini in Ecclesia, Levitarum scilicet, Sacerdotum, Puerorum i. e. minorum aetate et ordine, et Hypodiaconorum, qui ordo incertus est. Unde fit, ut ille quandoque annumeretur inter sacros ordines, quandoque non, quod expresse ex eo intelligitur, quod certum tempus non habeat, et officio celebretur confuso. (Den Inhalt dieser beiden Capitel wiederholt *Durandus Rationale divin. offic. lib.* VII. *c.* 42. *in fine*). *Cap.* 120.: Restat, — ut — agamus — de quadam libertate Decembris, quae hoc tempore in quibusdam locis observatur.

mehrere Verordnungen c); dennoch nahm der Unfug noch immer mehr zu.

Sunt nempe nonnullae Ecclesiae, in quibus usitatum est, ut vel etiam Episcopi vel Archiepiscopi in coenobiis cum suis ludant subditis, ita ut etiam sese ad lusum pilae demittant. Atque haec quidem libertas ideo dicta est Decembrica, quod olim apud Ethnicos moris fuerit, ut hoc mense servi et ancillae et pastores velut quadam libertate donarentur, fierentque cum Dominis suis pari conditione, communia festa agentes post collectionem messium. Quamquam vero magnae Ecclesiae, ut est Remensis, hanc ludendi consuetudinem observent, videtur tamen laudabilius esse non ludere. Wegen der muthwilligen Nachäffung kirchlicher Gebräuche ſind am berüchtigtſten das *festum innocentum* (*cf. F. A. Dürr comm. hist. de Episcopo Puerorum vulgo* vom Schulbiſchof. *Mogunt.* 1755. 4. In Mainz hat dieſe Feſtfeyer bis auf die neueſten Zeiten fortgedauert) und das *festum hypodiaconorum* (cf. *du Tiliot mémoires pour servir à l'histoire de la fête des foux. A Lausanne et à Genève* 1751. 8. *du Fresne* s. v. *Kalendae.* Gemeiner's Reichsſtadt Regensburgiſche Chronik, Regensb. 1800. 4. Bd. 1. S. 357). Indeß ſcheinen die größten Ausſchweifungen dieſer Art erſt dem folgenden Zeitabſchnitte anzugehören. — An manchen Orten, z. B. in Rouen, wurde ſchon am Weihnachtstage ein Eſelsfeſt begangen; anderswo, wie in Beauvais, wurde ein ſolches am 14ten Jun. zum Andenken an die Flucht nach Aegypten gefeyert. cf. *du Fresne s. v. Festum asinorum.* Ein anderes Feſt mit ähnlichen Ausſchweifungen der Cleriker fand in Evreux am 1ſten May ſchon um 1200 ſtatt, *du Tiliot* l. c. p. 26 ss.

c) Die erſte i. J. 1198 von dem Cardinal Petrus, päpſtl. Legaten, an Odo Biſch. v. Paris, u. von dieſem bekannt gemacht (*ed. Petrus de Gussanvilla in Append. ad Petri Blesensis Opp.* u. daraus in *Bibl. max. Patrum T.* XXIV. *p.* 1370): didicimus, quod in festo circumcisionis dominicae in eadem Ecclesia [Parisiensi] tot consueverunt enormitates et opera flagitiosa committi, quod locum sanctum, in quo gloriosa Virgo gratam sibi mansionem elegit (die Kirche Notre Dame), non solum foeditate verborum, verum etiam sanguinis effusione plerum-

que contingit inquinari; at eatenus adinventio tam perniciosae temeritatis invaluit, ut sacratissima dies, in qua mundi Redemptor voluit circumcidi, festum fatuorum nec immerito generaliter consueverit appellari. Darauf 1199 Anordnung Odo's über eine angemeſſenere Feyer der Circumcisio Dom. u. des fest. s. Stephani (quoniam festivitas b. Protomartyris Stephani ejusdem fere subjacebat dissolutionis et temeritatis incommodo): u. Beſtätigung dieſer Anordnungen durch *Petrus Cambius*, den folgenden Biſch. v. Paris, i. J. 1208 (beides l. c.). Dennoch mußte das *Conc. Paris. ann.* 1212. *Pars* IV. *c.* 16. (b. *Mansi* XXII. *p.* 842) ſchon wieder verordnen: A festis vero follorum, ubi baculus accipitur, omnino abstineatur. Idem fortius monachis et monialibus prohibemus. — *Innocentius* III. i. J. 1210 (*Decr. Greg. lib.* III. *Tit.* I. *cap.* 12.): Interdum ludi fiunt in Ecclesiis theatrales, et non solum ad ludibriorum spectacula introducuntur in eis monstra larvarum, verum etiam in aliquibus anni festivitatibus, quae continue natalem Christi sequuntur, diaconi, presbyteri, ac subdiaconi vicissim insaniae suae ludibria exercere praesumunt: per gesticulationum suarum debacchationes obscoenas in conspectu populi decus faciunt clericale vilescere etc. *Statuta Eccl. Nivernensis ann.* 1246. *cap.* 3. (*Martene thes. Anecdot. T.* IV. *p.* 1069, *Mansi* XXIII. *p.* 731): Quia in festo stultorum, scil. Innocentium et anni novi, in Ecclesia vestra multa fiunt — inhonesta, sub poena excommunicationis inhibemus districte, ne talia festa irrisoria de cetero facere praesumant. *Constitt. Petri Archiep. Burdegalensis in Conc. Copriniacensi ann.* 1260. *cap.* 2. (*Mansi* XXIII. *p.* 1033): Cum in balleatione (Tanz), quae in festo ss. Innocentium in quibusdam Ecclesiis fieri inolevit, multae rixae, contentiones et turbationes — consueverint provenire, praedictas balleationes ulterius sub intimatione anathematis fieri prohibemus, necnon et episcopos in praedicto festo creari: cum hoc in Ecclesia Dei ridiculum existat, et hoc dignitatis episcopalis ludibrio fiat. Da dieſe Verbote ohne Erfolg blieben, ſo wurde man endlich nachgiebig. *Conc. Saltzburgense ann.* 1274. *cap.* 17.: Ad haec quidam ludi noxii, quos vulgaris elocutio Episcopatus puerorum appellat, in quibusdam Ecclesiis exercentur adeo insolenter,

§. 80.

Predigten.

Neben dieſem kirchlichen Schaugepränge wurde der geiſtigere Theil des Gottesdienſtes, die Predigt, entweder ganz ausgelaſſen, oder ſehr unfruchtbar behandelt. Die Predigten dieſer Zeit ſind theils voll dürrer ſpitzfindiger Scholaſtik, theils voll dunkeler ſpielender Myſtik: und ſelbſt die ausgezeichnetſten Prediger, ein Bernhard und ein Bonaventura, denen Innigkeit und Erbaulichkeit nicht abgeſprochen werden kann, leiden an dieſen Zeitfehlern a).

Wie ungewohnt dem Volke faßliche und eindringliche Predigten waren, erhellt aus dem großen Aufſehen, welches die ergreifenden Buß- und Sittenpredigten eines Fulco, Pfarrers zu Neuilli im Bisthum Paris († 1202) b), und

---

quod nonnunquam enormes culpae et damna gravia subsequuntur. Ex ipsis hos ludos in Ecclesiis et a personis ecclesiasticis de cetero fieri prohibemus, nisi forte parvi sexdecim annorum et infra fuerint, qui hujusmodi ludos exercent, quibus alii seniores ipsi nullatenus se misceant aut intersint. *Ordinationes Joannis Cantuar. Archiep. in domibus religiosis ann.* 1279. (*Mansi* XXIV. p. 264): Puerilia solemnia, quae in festo solent fieri Innocentum. post vesperas s. Joannis tantum inchoari permittimus, et in crastino in ipsa die Innocentum totaliter terminentur.

a) Schröckh Th. 29. S. 311 ff.

b) *Jacobi a Vitriaco hist. occident. c.* 6.: In diebus illis suscitavit Deus coeli spiritum cujusdam sacerdotis ruralis, simplicis valde et illiterati, de Episcopatu Parisiensi, nomine Fulconis. Sicut enim piscatores et idiotas elegit, ut gloriam suam alteri non daret: sic Dominus eo quod parvuli petiissent panem, litterati autem circa disputationes vanitatis et pugnas verborum intenti, frangere non curabant, praedictum presbyterum tanquam stellam in medio nebulae, et pluviam in medio siccitatis, — ad vineam suam excolendam miseri-

eines Berthold, Franciscaners in Regensburg († 1272) c), machten.

---

corditer elegit. — Er trat in Paris als Prediger auf, *cap.* 8., et exinde alii tam Doctores quam discipuli ad ejus rudem et simplicem praedicationem concurrebant. Alter alterum invitabat, — dicentes: Venite et audite Fulconem presbyterum, tanquam alterum Paulum. Ipse autem confortatus in Domino — coepit vitiorum monstra fortiter adminiculante Domino prosternere. Ueber die Wirkungen ſeiner Predigten: Publicae meretrices capillos scindentes consuetam turpitudinem abnegabant. Sed et alii peccatores Sathanae et pompis ejus cum lachrimis renunciantes, ab ipso veniam postulabant. Bald kam er in den Ruf eines Wunderthäters. In omnem autem Christianorum terram exivit sonus praedicationis ipsius, et fama sanctitatis ejus divulgabatur ubique. Sed et discipuli ejus, quos ad praedicandum mittebat, velut Apostoli Christi, cum summo honore et reverentia recipiebantur ab omnibus. Sein Beyſpiel wurde von Vielen nachgeahmt (*cap.* 9.); aber es ſtanden auch falſche Prediger auf, die nur ihren Vortheil ſuchten (*cap.* 10.). Wilken's Geſch. d. Kreuzzüge. Th. 5. S. 93.

c) Ueber ihn beſ. *Joannes* Vitoduranus (d. i. aus Winterthur, Franciscaner † 1348) in Chron. ad ann. 1265 (im Thesaurus historiae Helvetiae. Tiguri 1735. fol. p. 6): Circiter ista tempora floruit frater Bertoldus Ordinis fratrum minorum in Alamania egregius praedicator, qui circumeundo et perambulando frequenter Alamaniam ipsam mirabiliter illustravit, et peccatores innumeros verbo et exemplo pariter ad Dominum convertebat, cujus memoria in benedictione est, et adhuc recentissima meo tempore perseverat in hominibus. In campis saepius solebat praedicare, et tunc populus ex omnibus partibus finitimis et locis circumadjacentibus in maxima multitudine confluebat. — Ipse fuit linguae disertae, vitae sanctae, magnae literaturae, sicut adhuc evidenter apparet et patet in diversis voluminibus ab eo compilatis sermonum, quos rusticanos appellari voluit. In suis praedicationibus peccatores inveterati, obstinati ac sceleratissimi surrexerunt aperte peccata sua confitentes, et vitam turpem praeteritam

Sechstes Capitel.

Veränderungen in der kirchlichen Disciplin, und ihre neuen dogmatiſchen Begründungen.

§. 81.

Beichte.

Jo. Morini commentarius hist. de disciplina in administratione sacramenti poenitentiae. Paris 1651. Antverp. 1682. fol. *Jo Dallaei* disp. de sacramentali s. auriculari Latinorum confessione. Genev. 1661. 4.

Bis dahin war die Beichte geheimer Sünden nicht als nothwendige Bedingung der Vergebung derſelben a), ſondern

---

abdicantes, veniamque postulantes, et satisfactionem ac emendam dignam promittentes. — Post mortem suam in civitate Bawariae dicta Ratispona, in qua, ut fertur, natus et alitus erat, multis multo tempore coruscavit miraculis in loco fratrum minorum, ubi sepultus est. cf. *Wadding ad ann.* 1272. *no.* 16 — 21. Müllers Schweizergeſchichte Th. 1. S. 530. — Berthold des Franciscaners deutſche Predigten, theils vollſtändig, theils in Auszügen, (aus einem Heidelberger Codex) herausgeg. von Ch. Friedr. Kling. Berlin 1824. 8. vgl. J. Grimm's Anzeige in d. Wiener Jahrbüchern, Bd. 32. (1825) S. 194 ff., wo ausführlich von Bertholds Leben u. Wirkſamkeit wie dem Inhalte u. der Sprache ſeiner Predigten gehandelt wird, auch andere Codd. der letztern nachgewieſen werden.

a) S. oben Abth. 1. §. 19. not. c. — *Abaelardi Ethica c.* 25. (*Pezii Anecdot.* T. III. P. II. p. 675), wo gezeigt wird, *Quod nonnunquam confessio dimitti potest.* Insbeſ. aber vergleiche man darüber die beiden allgemeinen Lehrer dieſer Zeit Gratianus u. Petrus Lombardus. Der Erſte wirft im *Tractatus de poenitentia* (d. h. *P.* II. *Causa* 33. *Qu.* 3.) *Dist.* 1. gleich anfangs die Frage auf: Utrum sola cordis contritione et secreta satisfactione absque oris confessione quisque possit Deo satisfacere! mit der Bemerkung: Sunt enim, qui dicunt,

nur als förderlich zur Besserung empfohlen worden: eben so

---

quemlibet criminis veniam sine confessione facta Ecclesiae et sacerdotali judicio posse promereri, juxta illud *Ambrosii super Lucam ad cap.* 22. etc. Die Auctoritäten für diese Meynung giebt er *can.* 1 – 37. an, und tritt selbst derselben bey. z. B. *ad can.* 34.: Hinc etiam, ut Dominus ostenderet, quod non sacerdotali judicio, sed largitate divinae gratiae peccato emundatur, leprosum tangendo mundavit, et postea sacerdoti sacrificium ex lege offerre praecepit. Leprosus enim tangitur, cum respectu divinae pietatis mens peccatoris illustrata compungitur. — Leprosus semetipsum sacerdoti repraesentat, dum peccatum suum sacerdoti poenitens confitetur. Sacrificium ex lege offert, dum satisfactionem Ecclesiae judicio sibi impositam factis exsequitur. Sed antequam ad sacerdotem perveniat, emundatur, dum per contritionem cordis ante confessionem oris peccati venia indulgetur. Er schließt diesen ersten Abschnitt *ad can.* 37. also: Fit itaque confessio ad ostensionem poenitentiae, non ad impetrationem veniae. Dann führt er *can.* 38 — 89. die Gründe derer auf, welche behaupteten, sine confessione oris et satisfactione operis neminem a peccato posse mundari, si tempus satisfaciendi habuerit: zeigt aber *ad can.* 87., daß aus den beygebrachten Auctoritäten nicht erhelle, latentia peccata sacerdoti necessario confitenda, et ejus arbitrio expianda. Indeß sagt er am Ende *ad can.* 89.: Cui harum (sententiarum) potius adhaerendum sit, lectoris judicio reservatur. Utraque enim fautores habet sapientes et religiosos viros. Dieselben Fragen behandelt *Petrus Lombardus Sent. Lib.* IV. *dist.* 17.: Primo quaeritur, utrum absque satisfactione et oris confessione per solam cordis contritionem peccatum alicui dimittatur: Secundum, an aliquando sufficiat confiteri Deo sine sacerdote: tertio, an laico fideli facta valeat confessio. In his enim etiam docti diversa sentire inveniuntur, quia super his varia ac pene adversa tradidisse videntur Doctores. Ueber die zweyte Frage entwickelt auch er die beiderseitigen Gründe, entscheidet sich aber dafür, oportere Deo primum, et deinde sacerdoti offerri confessionem, nec aliter posse perveniri ad ingressum Paradisi, si adsit facultas.

wenig legte man dem Prieſter eine Losſprechungsgewalt bey b), und glaubte daher auch Laien beichten zu können c). Die

b) Dieß zeigt ſich auch darin, daß bis ins 13te Jahrh. die Prieſter allein die *forma absolvendi deprecatoria* gebrauchten. Dergleichen *Orationes ad dandam poenitentiam* in den alten römiſchen Pönitentialien in *Canisii lectt. ant. ed. Basnage. Vol.* II. *T.* 2. *p.* 122 u. *Eus. Amort de origine indulgentiarum, Aug. Vind.* 1735. *p.* 17. z. B. der Beichtende ſagt: Obnixe etiam te, Sacerdos Dei, exposco, ut intercedas pro me et pro peccatis meis ad Dominum Deum nostrum, quatenus de his et aliis omnibus sceleribus meis veniam et indulgentiam per merita et intercessiones omnium Sanctorum assequi merear. *Tunc dicat sacerdos:* Misereatur tui omnipotens Deus, et dimittat tibi omnia peccata tua, liberet te ab omni malo, conservet te in omni bono, et perducat nos pariter Jesus Christus filius Dei in vitam aeternam. Ab omni malo custodiat nos omnipotens Dominus. cf. *Morinus* l. c. lib. VIII. c. 8—13. Den Uebergang zu der ſpätern Meynung bezeichnet *Petrus Lomb. Sent. lib. IV. dist.* 18.: Hoc sane dicere ac sentire possumus, quod solus Deus dimittit peccata et retinet: et tamen Ecclesiae contulit potestatem ligandi et solvendi. Sed aliter ipse solvit vel ligat, aliter Ecclesia. Ipse enim per se tantum dimittit peccatum, quia et animam mundat ab interiori macula, et a debito aeternae mortis solvit. Non autem hoc sacerdotibus concessit, quibus tamen tribuit potestatem solvendi et ligandi, i. e. *ostendendi homines ligatos vel solutos.* Unde Dominus leprosum sanitati prius per se restituit, deinde ad sacerdotes misit, quorum judicio ostenderetur mundatus. — Quia etsi aliquis apud Deum sit solutus, non tamen in facie Ecclesiae solutus habetur, nisi per judicium sacerdotis. In solvendis ergo culpis vel retinendis ita operatur sacerdos evangelicus et judicat, sicut olim legalis in illis, qui contaminati erant lepra, quae peccatum signat. Unde *Hieronymus super Matth.* 16, 19.: *Hunc,* inquit, *locum quidam non intelligentes* etc. (ſ. Bd. 1. §. 102. not. x). vgl. *Stephanus Obazinensis* unten §. 82. not. f.

c) *Petrus Lomb. Sent. lib.* IV. *dist.* 17. *de tertio articulo* (ſ. oben

entgegengesetzten Ansichten fingen im 12ten Jahrh., seit die Beichte zu den Sacramenten gezählt wurde (s. oben §. 77. not. s ff.) an, zuerst als Meynungen, sich geltend zu machen d), und erhielten dann durch die Verordnung Innocentius III., welche eine jährliche Beichte an den Pfarrer gesetzlich machte e), das kirchliche Uebergewicht. Von da fing die

---

not. a am Ende) entscheidet mit Beziehung auf die vorgebliche Schrift Augustins *de vera et falsa poenitentia*: Sacerdotis examen requirendum est studiose, quia sacerdotibus concessit Deus potestatem ligandi atque solvendi, et ideo quibus ipsi dimittunt, et Deus dimittit. Si tamen defuerit sacerdos, proximo vel socio est facienda confessio. *Albertus M. in Sent. lib.* IV. *Dist.* 17. *art.* 58 und 59. erklärt auch diese Confessio schlechthin für sacramentalis. Er unterscheidet nämlich *Art.* 58. fünf Arten der potestas absolvendi. Die vierte ist ex officio ministrorum, concessa sacerdotibus. Et ultima ex unitate fidei et charitatis, et haec pro necessitatis articulo descendit in omnem hominem ad proximo subveniendum: et hanc potestatem habet laicus in articulo necessitatis.

d) Vorzüglich unterstützt durch die dem Augustinus im 11ten od. 12ten Jahrh. untergeschobene Schrift *de vera et falsa Poenitentia* (in Append. Tomi VI. der Benedictinerausgabe), welche sowohl in das Decret des Gratianus, als in die Sentenzen des Lombardus fast ganz übergegangen ist, und daher von allen Scholastikern häufig citirt wird. Vgl. hier die Ermahnungen oft und alle Sünden zu beichten, dann §. 25.: quibus sacerdotes remittunt, remittit Deus; potestas solvendi concessa sacerdotibus; in Nothfällen könne zwar auch Laien gebeichtet werden, denn Dei misericordia est ubique, qui et justis novit parcere, *etsi non tam cito, sicut si solverentur a sacerdote.* Endlich die Theorie: fit per confessionem veniale, quod criminale erat in operatione s. mortale. §. 34.: prius purgandus est igne purgationis, qui in aliud saeculum distulit fructum conversionis. — Quaedam enim peccata sunt, quae sunt mortalia, et in poenitentia fiunt venialia, non tamen statim sanata etc.

e) *Conc. Later.* IV. *ann.* 1215. *can.* 21.: Omnis utriusque sexus

Beichte an, für das alleinige Mittel zu gelten, die Vergebung für Todſünden zu erhalten f), welche der Prieſter

---

fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter, saltem semel in anno, proprio sacerdoti, et injunctam sibi poenitentiam studeat pro viribus adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascha eucharistiae sacramentum: nisi forte de consilio proprii sacerdotis ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinendum: alioquin et vivens ab ingressu Ecclesiae arceatur, et moriens Christiana careat sepultura. — Si quis autem alieno sacerdoti voluerit justa de causa sua confiteri peccata, licentiam prius postulet et obtineat a proprio sacerdote, cum aliter ille ipse non possit solvere vel ligare. Sacerdos autem sit discretus et cautus, ut more periti medici superinfundat vinum et oleum vulneribus sauciati: diligenter inquirens et peccatoris circumstantias et peccati, per quas prudenter intelligat, quale illi consilium debeat exhibere, et cujusmodi remedium adhibere, diversis experimentis utendo ad sanandum aegrotum. Caveat autem omnino, ne verbo, vel signo, vel alio quovis modo prodat aliquatenus peccatorem, sed si prudentiori consilio indiguerit, illud absque ulla expressione personae caute requirat: quoniam qui peccatum in poenitentiali judicio sibi detectum praesumpserit revelare, non solum a sacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendam perpetuam poenitentiam in arctum monasterium detrudendum.

f) Vgl. beſ. *Thomas* in *Summa theol. P.* III. *Qu.* 84—90. und *Supplementum tertiae Partis. Qu.* 1—20. Inſbeſ. *Suppl. P.* III. *Qu.* 6. *Art.* 1. auf die Frage: *Utrum confessio sit necessaria ad salutem?* Passio Christi, sine cujus virtute nec originale nec actuale peccatum dimittitur, in nobis operatur per sacramentorum susceptionem, quae ex ipsa efficaciam habent. Et ideo ad culpae remissionem, et actualis, et originalis, requiritur sacramentum Ecclesiae, vel actu susceptum, vel saltem voto, quando articulus necessitatis, non contemptus, sacramentum excludit: et per consequens illa sacramenta, quae ordinantur contra culpam, cum qua salus esse

non potest, sunt de necessitate salutis. Et ideo sicut baptismus, quo deletur originale, est de necessitate salutis, ita et poenitentiae sacramentum. Sicut autem aliquis per hoc, quod baptismum petit, se ministris Ecclesiae subjicit, ad quos pertinet dispensatio sacramenti: ita etiam per hoc, quod confitetur peccatum suum, se ministro Ecclesiae subjicit, ut per sacramentum poenitentiae ab eo dispensatum remissionem consequatur: qui congruum remedium adhibere non potest, nisi peccatum cognoscat, quod fit per confessionem peccantis. Et ideo confessio est de necessitate salutis ejus, qui in peccatum actuale mortale cecidit. *Art.* 3.: *Utrum omnes ad confessionem teneantur?* Ad confessionem dupliciter obligamur. Uno modo ex jure divino, — et secundum hoc non omnes tenentur ad confessionem, sed illi tantum, qui peccatum mortale incurrunt post baptismum. Alio modo ex praecepto juris positivi, et sic tenentur omnes ex institutione Ecclesiae, edita in Concilio generali sub *Innocentio* III. (ſ. oben *not. e*). — Ex vi sacramenti non tenetur aliquis venialia confiteri, sed ex institutione Ecclesiae, quando non habet alia quae confiteatur. *Qu.* 10. *Art.* 2.: *Utrum confessio liberet aliquo modo a poena?* Confessio simul cum absolutione habet vim liberandi a poena dupliciter. Uno modo ex ipsa vi absolutionis, et sic quidem liberat in voto existens a poena aeterna, sicut etiam a culpa: quae quidem poena est poena condemnans, et ex toto exterminans: a qua homo liberatus, adhuc manet obligatus ad poenam temporalem, secundum quod poena est medicina purgans et promovens: et sic haec poena restat in purgatorio patienda etiam his, qui a poena inferni liberati sunt. — Alio modo diminuit poenam ex ipsa natura actus confitentis, qui habet poenam erubescentiae annexam: et ideo quanto aliquis pluries de ipsis peccatis confitetur, tanto magis poena minuitur. Anfangs war noch das Bewußtſeyn in der Kirche, daß dieſe Beſtimmungen neu ſeyen, cf. *Glossa ad Tract. de poenitentia* (d. i. *Gratiani Decret. P.* II. *Caus.* 33. *Qu.* 3.) *Dist.* V. zu der Ueberſchrift, über die Frage: *Quando oris confessio fuerit instituta?* Dicunt quidam institutam fuisse in Paradiso (nämſ. *Gen.* 3, 9.). — Alii dicunt, quod sub lege fuit primo

instituta, quando Josua praecepit Achan crimen suum confiteri (*Jos.* 7, 19.). Sed melius dicitur, eam institutam fuisse a quadam universalis Ecclesiae traditione potius, quam ex novi vel veteris testamenti auctoritate. — Ergo necessaria est confessio in mortalibus apud nos, apud Graecos non, quia non emanavit apud illos traditio talis. — Illud ergo Jacobi: *Confitemini alterutrum peccata vestra* (*Jac.* 5, 16.) fuit consilii primo: alioquin ligaret et Graecos, non obstante eorum consuetudine. Ferner *Bonaventura in Sent. Lib.* IV. *Dist.* 17. *P.* 2. *Exposit. textus* zu Lombards Worten *Quibusdam visum est sufficere, si soli Deo fiat confessio:* Quaeritur hic, utrum tales fuerint haeretici. Et quod non, videtur, quia Magister recitat hoc tamquam opinionem probabilem. Sed contra hoc est, quia negans confessionem negat absolutionem, ac per hoc negat clavium virtutem, et ita manifeste est contra scripturam, et ita contra fidem. *Resp.* Dicendum, quod si quis esset modo hujus opinionis, esset haereticus judicandus, quoniam in concilio generali hoc determinatum est sub Innocentio III. Sed ante hanc determinationem hoc non erat haeresis, quia ipsi non negabant clavium potestatem, sed negabant necessitatem: et bene concedebant, quod utile erat confiteri, et sacerdotes poterant absolvere. Ideo Magister et Gratianus in Decretis hoc referunt tanquam opinionem: tamen uterque (!) improbat hoc, et determinat in contrarium. Et si quis pertinaciter assereret contrarium, esset haereticus judicandus. — Dagegen aber ſchon *Duns Scotus in Sent. Lib.* IV. *Dist.* 17. *Qu.* 1.: Si teneatur, quod confessio non cadit nisi sub praecepto Ecclesiae, non potest faciliter improbari, nisi quia vel Ecclesia non attentasset tam arduum praeceptum imponere omnibus Christianis, nisi esset praeceptum divinum, vel quia non invenitur, ubi ab Ecclesia imponatur istud praeceptum, quin ante hoc sancti reputarent, hoc praeceptum de confessione obligare. Was das Cap. *Omnis utriusque sexus* (ſ. not. e) betreffe, ante illud tempus per multos annos fuit Augustinus plus quam per octingentos annos, qui praedicavit confessionem valde esse necessariam: ut patet in libro suo *de vera et falsa poenitentia* (ſ. oben not. d). Dann ſucht er die Gloſſe *ad Tract. de*

als Stellvertreter Gottes wirklich gewähre g), und welche

poen. Dist. V. (ſ. oben) zu widerlegen (u. a. in Beziehung auf die Griechen: multas laudabiles consuetudines omiserunt, ex quo ab Ecclesia recesserunt, et istam non solum laudabilem, sed etiam necessariam, potuerunt omittere.) und ſchließt: Breviter, videtur rationabilius tenere, quod confessio cadat sub praecepto divino positivo. — Allgemein hielt man die Beichte nur für unumgänglich nothwendig zur Vergebung von Todſünden: in Beziehung auf die *peccata venialia* hielt man ſich an den von Lombardus *Lib.* IV. *Dist.* 16. angeführten Auguſtiniſchen Satz (ſ. Bd. 1. §. 102. not. x): De quotidianis levibusque peccatis, sine quibus haec vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit. *Duns Scotus ad Lib.* IV. *Dist.* 17. *Qu.* 1. §. 24. beſtreitet daher diejenigen (u. A. auch den Thomas ſ. oben *Suppl. P.* III. *Qu.* 6. *Art.* 3.), welche behaupteten, daß, wenn Jemand keine Todſünde habe, propter praeceptum Ecclesiae tenetur in illo casu ad venialium confessionem: und ſtellt dabey ſogar den Satz auf: Nec aliquis tenetur ad aliquam contritionem de venialibus: immo in actuali voluntate vel actu venialis moriens salvabitur, vapulabit tamen.

g) Gegen Lombards Meynung (ſ. oben not. b), sacerdotes non habere potestatem ligandi atque solvendi, sed ostendendi homines esse solutos, sive ligatos, ſchrieb ſchon *Richardus a S. Victore* in dem *tract. de potestate ligandi et solvendi cap.* 12. (den Anſichten des *Hugo a S. Victore de Sacram. lib.* II. *Pars* XIV. *c.* 8. folgend), und nennt dieſelbe sententiam tam frivolam, ut ridenda videatur potius, quam refellenda. Indeß Richard that den Spätern eben ſo wenig Genüge, da er den Prieſtern allein potestatem remittendi peccata, quantum ad liberationem poenae beylegt, während er liberationem a culpa per gratiam divinitus infusam allein Gott vorbehält. Dagegen *Thomas in Summa Suppl. P.* III. *Qu.* 18. *Art.* 1.: *Utrum potestas clavium se extendat ad remissionem culpae?* Virtus clavium operatur ad culpae remissionem — sicut et aqua baptismi. Sed sicut baptismus non agit sicut principale agens, sed sicut instrumentum, non quidem pertingens ad ipsam gratiae susceptionem causandam etiam instrumentaliter, sed disponens

ad gratiam, per quam fit remissio culpae: ita est de potestate clavium. Unde solus Deus remittit per se culpam, et in virtute ejus agit instrumentaliter baptismus, ut instrumentum inanimatum; et sacerdos, ut instrumentum animatum. — Et sic patet, quod potestas clavium ordinatur aliquo modo ad remissionem culpae, non sicut causans, sed sicut disponens ad eam. Unde si ante absolutionem aliquis non fuisset perfecte dispositus ad gratiam suscipiendam, in ipsa confessione et absolutione sacramentali gratiam consequeretur, si obicem non poneret. Daher erklärt er *secundum opinionem quae sustinetur communius* die potestas remittendi peccata der Prieſter dahin, ut significent divinam operationem ad remissionem culpae praesentem, et ad ipsam aliquid dispositive et instrumentaliter operentur. *Art.* 2. *Utrum sacerdos possit remittere peccatum quoad poenam?* Illi, qui per contritionem consequutus est remissionem peccatorum, quantum ad culpam, et per consequens quantum ad reatum poenae aeternae, quae simul cum culpa dimittitur ex vi clavium, ex passione Christi efficaciam habentium, augetur gratia, et remittitur temporalis poena, cujus reatus adhuc remanserat post culpae remissionem: non tamen tota, sicut in baptismo, sed pars ejus. — In baptismo — fit per gratiam baptismalem novus homo, et ideo nullus reatus poenae in eo remanet pro praecedenti peccato. Sed in poenitentia homo non mutatur in aliam vitam, quia non est regeneratio, sed sanatio quaedam: ideo ex vi clavium — non tota poena remittitur, sed aliquid de poena temporali, cujus reatus post absolutionem a poena aeterna remanere potuit. Demnach veränderte ſich auch zu Thomas Zeiten die *forma absolvendi deprecatoria* (ſ. oben not. b) in die *indicativa: Ego absolvo te* etc. Noch *Guilelmus Ep. Paris* († 1249) *de sacramento poenitentiae* gegen das Ende ſagt: neque more judicum forensium pronunciat Confessor: *absolvimus te, non condemnamus*; sed magis orationem facit super eum, ut Deus absolutionem et remissionem atque gratiam sanctificationis tribuat. Aber gleich darauf wurde jene Formel angenommen, und Thomas vertheidigte dieſelbe gegen die Angriffe eines Ungenannten in d. *Opusc.* XXII. *de forma absolutionis.* Der Letztere behauptete (*cap.* 5.), quod non debet sacerdos

er allein gewähren könne h). Dadurch fielen die Beichten an Laien von selbst weg i). Das Volk wurde für diese Ver-

---

dicere »*Ego te absolvo,*« tum quia hoc pertinet ad potestatem Dei, tum quia sacerdoti incertum est, an ille absolvatur. Addit etiam objiciendo, quod vix XXX. anni sunt, quod omnes hac sola forma utebantur »*Absolutionem et remissionem tribuat tibi Deus.*« Sed quomodo de omnibus potest testimonium perhibere, qui omnes non vidit? Vgl. *Thomae Summa* P. III. Qu. 84. Art. 3.: *Utrum haec sit forma hujus sacramenti: Ego te absolvo?* U. a. In sacramentali absolutione non sufficeret dicere »*Misereatur tui omnipotens Deus,*« vel »*Absolutionem et remissionem tribuat tibi Deus:*« quia per haec verba sacerdos absolutionem non significat fieri, sed petit ut fiat. Praemittitur tamen etiam in sacramentali absolutione talis oratio, ne impediatur effectus sacramenti ex parte poenitentis. Die formula deprecatoria erhielt sich als Absolution doch hin u. wieder bis in das 14te Jahrh., s. *Franciscus Mayronius* († 1325) *in Sent. lib. IV. Dist.* 14. *Qu.* 1. *Art.* 2., nachher wird sie aber nur als Einleitung zur Absolution gebraucht.

h) *Thomas in Summa Suppl. P.* III. *Qu.* 8. *Art.* 1.: Gratia, quae in sacramentis datur, a capite in membra descendit: et ideo solus ille minister est sacramentorum, in quibus gratia datur, qui habet ministerium super corpus Christi verum: quod solius sacerdotis est, qui consecrare Eucharistiam potest. Et ideo cum in sacramento poenitentiae gratia conferatur, solus sacerdos minister est hujus sacramenti: et ideo ei soli facienda est sacramentalis confessio, quae ministro Ecclesiae fieri debet.

i) Man vergleiche folgenden Stufengang: Nachdem Albertus M. die an Laien gerichtete Beichte noch für *confessio sacramentalis* erklärt hatte (s. oben not. c), macht sie Thomas (*Supplem. tertiae Partis Summae Qu.* VIII. *Art.* 2.) nur zu *quodammodo sacramentalis* nach folgender Argumentation: In sacramento poenitentiae non solum est aliquid ex parte ministri, scilicet absolutio et satisfactionis injunctio: sed etiam ex parte ipsius, qui suscipit sacramentum, quod est etiam de essentia sacra-

änderungen in Lehre und Sitte um ſo leichter gewonnen, da

---

menti, sicut contritio et confessio. — Sed quando necessitas imminet, debet facere poenitens, quod ex parte sua est, scilicet conteri et confiteri, cui potest: qui quamvis sacramentum perficere non possit, ut faciat id quod ex parte sacerdotis est, absolutionem scilicet; defectum tamen sacerdotis summus sacerdos supplet. Nihilominus confessio ex defectu sacerdotis laico facta sacramentalis est quodammodo: quamvis non sit sacramentum perfectum, quia deest et id quod est ex parte sacerdotis. Dagegen *Bonaventura in Sent. Lib.* IV. *Dist.* 17. *Pars* 3. *in exposit. textus, Dub.* 1.: dicunt (aliqui), quod talis confessio quodammodo est sacramentum Ecclesiae. Probabilius tamen est dicere, quod non sit sacramentum Ecclesiae, cum deficiat ibi formale, scilicet potestas clavis, sed est aliquid loco ejus. Endlich *Duns Scotus in Lib.* IV. *Dist.* 17. *Qu.* 1. §. 27.: Talis confessio potest esse materia verecundiae, quae est una poena debita peccato: et in hoc confitens solvit aliquam poenam, quam solveret, si confiteretur sacerdoti. Sed quia accusatio ad hoc ex praecepto fit, et non ad aliud, ut sequatur sententia, et laicus nullam habet sententiandi auctoritatem in isto foro; sequitur, quod nullum praeceptum est de accusando se laïco: et forte utilius esset non accusare se illi, si posset aequalem verecundiam habere apud se recogitando eadem peccata, et sic aeque puniri. — Viro discreto, qui bene sciret, ad quid est confessio instituta, nec forte utile foret, nec (sine forte) necessarium, talem confessionem facere. Indeß geſtattet noch *Syn. Trevir. ann.* 1310. *c.* 116. (*Mansi XXV. p.* 279) in Todesgefahr, wenn kein Prieſter da iſt, laico catholico confiteri. Ein Beyſpiel einer ſolchen Beichte findet ſich um 1250 in *Joinville hist. de s. Louis* (in d. *Collection des Mémoires relatifs à l'hist. de France depuis Philippe-Auguste par M. Petitot.* Tom. II. (Paris 1819. 8.) p. 295. Als Joinville u. ſ. Gefährten in ſaraceniſcher Gefangenſchaft den nahen Tod erwarteten, erzählt er: Encouste moy se agenoilla messir Guy d'Ebelin, connestable de Chippre, et se confessa à moy: et je lui donnay telle absolucion, comme Dieu m'en donnoit le povoir. An-

es jetzt Grundsatz wurde, dem Beichtenden keine ihm beschwerliche Pönitenzen aufzulegen k).

---

dere Beyspiele s. in H. Klee die Beichte, eine hist. krit. Untersuchung, Frankf. a. M. 1828. 8. S. 260 ff.

k) *Robertus de Flammesburg, Canon. S. Victoris* (um 1180) *in Poenitentiali:* si poenitens canonicam non vult recipere poenitentiam, i. e. a canonibus institutam, diligenter admoneo, ne animam suam ullo modo laedat, et promptissimum me offero ad quantamlibet poenitentiae alleviationem. — *Petrus Pictaviensis Canon. S. Victoris* (um 1180) *in Poenitentiali:* Non videtur, quod pro peccatis occultis debeat poenitens aliquis arctari praecise ad aliquod genus satisfactionis nolens, sed redimere potest, vel aliter compensare. — *Raymundus de Pennaforti summa de poenitentia et matrimonio* §. 41.: Ex his poterit quis invenire processum ad satisfactionem pro diversis criminibus secundum poenitentiales canones imponendam: nec debet sacerdos a praedicta forma recedere, nisi propter causam, et in hoc consistit ejus arbitrium, scilicet pro qua vel pro quibus circumstantiis, et quantum et quando possit augeri vel minui poenitentia canonica: *et haec est opinio quorundam. Alii vero dicunt, indistincte omnes poenitentias esse arbitrarias, et hanc ultimam opinionem videtur amplecti consuetudo.* Prima tamen est tutior, licet difficilior. — *Duns Scotus in lib.* IV. *Dist.* 15. *Qu.* 1. *no.* 14.: Poenitenti illud imponendum est, quod libentius recipit, et quod creditur perseverantius adimplere. Vel si omnino nullam poenitentiam velit recipere a sacerdote impositam, dicit tamen se habere displicentiam de peccato commisso, et firmum propositum non recidivandi, absolvendus est: — et nuntianda est sibi poena, quae esset pro peccatis facienda, et quod eam in se vel in aequivalenti absque impositione studeat adimplere: alioquin solvet ad plenum in purgatorio. cf. *Amort de origine, progressu etc. indulgentiarum. P.* II. *p.* 32 *ss.*

§. 82.

Ablaß.

Jo. Morini comm. (ſ. vor §. 81.). — *Eus. Amort* de origine, progressu, valore ac fructu indulgentiarum accurata notitia historica, dogmatica, polemica, critica. Aug. Vindel. et Graecii 1735. fol. — Lettres historiques et dogmatiques sur les Jubilés et les Indulgences, par *Charles Chais.* à la Haye 1751. 3 Tomes. 8.

Die Entwickelung des Ablaſſes in dieſem Zeitabſchnitte, mit der der Beichte in ſteter Wechſelwirkung, vollendete die Zerſtörung des alten Pönitenzweſens. Während nämlich Biſchöfe und Prieſter den ältern Kleinhandel mit Sündenſtrafen noch immer forttrieben [a], fingen ſeit Gregorius VII.

---

a) Vgl. Abth. 1. §. 35. not. d. *Calixti P.* II. *Sermo* I. *in s. Jacobum* (*Bibl. max. PP. T.* XX. *p.* 1283 *s.*) *Abaelardi Ethica cap.* 18. (*Pezii Anecd.* T. III. P. II. p. 666), beſonders *Cap.* 25. (*p.* 680): Sunt nonnulli sacerdotum non tam per errorem quam cupiditatem subjectos decipientes, ut pro nummorum oblatione satisfactionis injunctae poenas condonent vel relaxent, non tam attendentes, quid velit Dominus, quam quid valeat nummus. — Nec solum sacerdotes, verum etiam ipsos principes sacerdotum h. e. Episcopos ita impudenter in hanc cupiditatem exardescere novimus; ut, cum in dedicationibus Ecclesiarum, vel in consecrationibus altarium, vel benedictionibus cimiteriorum, vel in aliquibus solemnitatibus populares habent conventus, unde copiosam oblationem exspectant, in relaxandis poenitentiis prodigi sunt: modo tertiam, modo quartam poenitentiae partem omnibus communiter indulgentes sub quadam scilicet specie charitatis, sed in veritate summae cupiditatis. Qui de sua se jactantes potestate, quam, ut ajunt, in Petro vel Apostolis susceperunt, cum eis a Domino diceretur: *Quorum remiseritis peccata etc.* (*Jo.* 20, 23), tunc maxime quod suum est agere gloriantur, cum hanc benignitatem subjectis impendunt. Atque utinam id saltem pro

die Päpste an, für gewisse wichtige der Kirche zu leistende Dienste volle Vergebung der Sünden zu versprechen b): und

---

ipsis, non pro nummis, facerent, ut qualiscunque benignitas potius quam cupiditas videretur. Sed profecto si hoc in laude benignitatis habendum est, quod tertiam vel quartam poenitentiae partem relaxant, multo amplius eorum pietas praedicanda erit, si dimidiam vel totam ex integro poenitentiam dimitterent, sicut licere sibi profitentur, et [a] Domino concessum esse, et quasi in manibus eorum coelos esse positos secundum remissionis vel absolutionis peccatorum supra posita testimonia. Magnae denique impietatis e contrario arguendi videntur, cur non omnes subjectos ab omnibus absolvant peccatis, ut videlicet neminem illorum damnari permittant: si ita, inquam, in eorum potestate constitutum est, quae voluerint peccata dimittere vel retinere, vel coelos his, quibus decreverint, aperire vel claudere: quod utique beatissimi praedicandi essent, si hos sibi, cum vellent, aperire possent. Quod quidem si non possunt vel nesciunt, certe illud poëticum, in quantum arbitror, incurrunt:

Nec prosunt domino, quae prosunt omnibus, artes.

Appetat quislibet, non ego, potestatem illam, qua potius aliis quam sibi proficere possit, tanquam in potestate sua habeat alienas animas salvare magis, quam propriam: cum e contrario quislibet discretus sentiat. cf. *Conc. Eboracense ann.* 1195. *can.* 3. *Londoniense ann.* 1237. *cap.* 4.

b) Ein Beyspiel von Gregor VII. s. oben §. 47. not. ee. Den Uebergang zu dieser unmittelbaren Sündenvergebung bildeten Verheißungen wie die Gregorii VI. v. J. 1044. (in *d'Achery spicileg. ed. nov. T.* III. *p.* 398) für die, welche zur Wiederherstellung der Kirchen in Rom Beyträge gesandt hatten: Quorum nos videntes devotionem et laudabilem erga communem matrem dilectionem, tam per nos, quam etiam per successores nostros ter in anno cum omnibus Romanis Ecclesiis generaliter missam celebrare, et septies illorum specialem memoriam inter sacra Missarum solemnia habere promisimus, ut omnipotens Dominus meritis Dei genetricis, — et beatorum Apostolorum Petri et Pauli auctoritate, omnium Sanctorum, maxima Ro-

ſeit Urbanus II. wurde dieſelbe insbeſondere allen Kreuzfahrern verwilligt c). Das Volk nahm natürlich dieſe Verheißung buchſtäblich, und ſo brachte dieſelbe die traurigſten Folgen für die Sittlichkeit hervor d): dagegen finden wir, daß

---

mae quiescentium, oratione a cunctis eos peccatis absolvat, et ad vitam aeternam perducat.'

c) ſ. oben §. 48. not. h. u. k. §. 51. not. m. u. ſ. w. Anfangs wurde der vollkommene Ablaß nur für lebensgefährliche Unternehmungen im Dienſte der Kirche bewilligt: und ſo hatte auch die Idee von der ſündentilgenden Kraft des Martyrthums an demſelben Antheil. ſ. *Chron. Casaur.* oben §. 48. not. k.

d) z. B. *Chron. Urspergense ad ann.* 1221 (excerpirt von *Aventinus in Ann. Bojorum lib.* VII. ed. Francof. 1627. p. 407 s.): Eo tempore dominus Cunradus Portuensis Episcopus Cardinalis in legatione sedis apostolicae dirigitur in Alemanniam pro negotio terrae sanctae, ut videlicet cruce signatos faciat crucem resumere, et praedicatores instituat, qui alios ad crucem sumendum exhortentur. Tunc quidam, Johannes nomine, de Ordine Praedicatorum, veniens de Argentinensi civitate, instabat praedicationi opportune et importune, ita ut hominum vitia et peccata quasi importune exprobraret, et ad capiendas animas quaedam dogmata, hactenus inaudita, ingereret. (*Aventinus* l. c. Quemcunque sceleri obnoxium, parricidio, incesto, sacrilegio pollutum, continuo, ubi cruciculam vesti assuisset, solutum esse et crimine et poena declamitabant.) Quae licet aliqua ratione possent defendi, ut veritatem contineant, multa tamen exinde mala provenisse dignoscuntur, cum audientes alio modo intellexerunt, et ad perpetrandum immanissima facinora et flagitia proniores effecti sunt. Inter quae dominus Engelbertus Coloniensis archiepiscopus a consanguineis suis interfectus est, et multi sacerdotes trucidati. — Dicebant enim quidam pessimi: *faciam scelera, quia per susceptionem crucis innoxius ero, quinetiam animas multorum flagitiosorum liberabo* (vgl. *Matth. Paris* oben §. 56. *not. n.* und *Thomas Aquin. Summa Suppl.* P. III. *Qu.* 71. *Art.* 10. unten *not. s*). — *Innocentii* IV. *Ep. ad Galliarum Praelatos* v. J. 1246. (*Mansi* XXIII. *p.* 600):

die Theologen des zwölften Jahrh., weil es ihnen noch schwer wurde, diese menschliche Sündenvergebung mit ihrem Grundsatze, daß Gott allein Sünden vergeben könne e), zu vereinigen, theils wenig Zutrauen zu derselben hatten f), theils

---

Ex parte — regis Franciae illustris fuit propositum coram nobis, quod nonnulli Crucesignati regni sui, cum deberent ab excessibus abstinere, propter libertatem eis indultam furta, homicidia, raptus mulierum, et alia perpetrant detestanda. Nolentes igitur, ut aliqui Crucesignati occasione libertatis eis indultae praesumant ad talia extendere manus suas, universitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus Crucesignatos eosdem in hujusmodi criminibus minime defendatis. — *Albertus Stadensis in Chron. ed. Helmst. fol.* 188. *verso:* Forte ibis aliquando sepulchrum Domini visitare. Tunc cogita, quod dicitur:

Coelum non animum mutant, qui trans mare currunt.

Vix aliquos vidi, immo nunquam, qui redierint meliores, vel de transmarinis partibus, vel de sanctorum liminibus. — Gerade die Christen im Morgenlande, welche die reichsten Ablässe besaßen, waren wegen ihrer Laster allgemein berüchtigt, vgl. Wilken's Gesch. d. Kreuzzüge. Th. 5. S. 50. Th. 6. S. 312. Raumer's Gesch. d. Hohenstaufen. Bd. 2. S. 380. U. A. *Descr. terrae sanctae mscr.* in Bern: Et clerus et populus in varios luxus effluxerat, totaque terra illa flagitiis et facinoribus sordescebat. *Guilelmus de Nangis* (um 1301) *in Chron. ad ann.* 1187: Unde regiones caeterae susceperant religionis exordium, inde totius immunditiae sumebant exemplum. Außer den übrigen von Raumer angeführten Stellen vergl. noch die Instruction Gregors X. für den neuen Patr. v. Jerusalem Thomas (*Raynald ann.* 1274. *no.* 17.): Nosti — enormia, quae in transmarinis partibus committuntur etc.

e) s. §. 81. not. a. und b.

f) Vgl. die Aeußerungen Abälards (oben not. a): und des *Stephanus Abb. Obazinensis* († 1159), in dessen von Einem seiner Schüler geschriebenen *vita lib.* II. *c.* 18. (*in Baluzii Miscellan. lib.* IV. *p.* 130 *s.*). Als derselbe i. J. 1156 den Grundstein einer neuen Kirche legte, versammelte sich viel Volks. Tamen petendi

doch in ihren dogmatiſchen Beſtimmungen über dieſelbe weit hinter dem buchſtäblichen Sinne der Verſprechungen zurückblieben g). Innocentius III. beſchränkte 1215 wegen der

---

et impetrandi ad tanti operis supplementum, sicut fere cunctis aedificantibus mos est per Ecclesias populos commonere, ipsa die apud nos et initium et finis fuit. Ubi quamvis hoc Episcopus frequenter moneret, immo potius et juberet, datis litteris indulgentiarum largitate refertis, tamen ei vir sanctus nunquam adquiescere voluit, dicens: *Nos talem consuetudinem introducere nolumus, ut populis scandalum et nobis ignominiam adquiramus, circumeundo Ecclesias, ostendendo beneficia; indulgentias largiendo, quas dare non poterit nisi solus Deus.* Audivi tamen referri ab his, qui interfuerunt, quod cum in quodam episcopatu domum novam aedificare, persuasus sit a quibusdam, immo compulsus, commonitorias litteras ab Episcopo postulare, ut domui illi, quamdiu aedificaretur, beneficia populus impertiret. Episcopus petitioni ejus, quam quidem invitus nec per semetipsum fecerat, libentissime annuit, statimque litteras ipsas scribi praecepit. Cumque ventum esset ad indulgentiarum locum, mandat Abbati, quantum indulgentiae his, qui in hac fraternitate se mitterent, vellet adscribi. Cui ille ita remandavit: *Nos*, inquit, *Domine, nostra adhuc premunt peccata, nec possumus levare aliena.* Quod audiens Episcopus, laetus erubuit, et virum Dei, ut vere erat, Dei servum et tali timore plenum non dubitavit. Daß ſowohl Abälards als Stephanus Zweifel ſich auf den päpſtlichen Ablaß eben ſo wohl, als auf den biſchöflichen bezogen, geht aus den Stellen ſelbſt hervor. Ueberdieß hatten die Biſchöfe damals noch gerade ſo viel Befugniß zu Ablaßertheilungen als der Papſt. cf. *Albertus Magnus in Sent. lib.* IV. *dist* 20. *Art.* 21.: Dicendum, quod Episcopus in sua Dioecesi potest conferre indulgentiam, quantum vult, nisi a Papa limitetur. Eben ſo *Thomas in Sent. lib.* IV. *dist.* 21. *Qu.* 3. *Art.* 2.

g) *Paulus Presbyter* (*ad s. Nicolaum Passavii*, um 1200) in *Summa de poenitentia c.* 15. (in *Duellii Miscellan. T.* I.): Videndum est, quid valeant remissiones, quae fiunt in ponti-

dabey vorgekommenen Misbräuche den bischöflichen Ablaß h):

bus, dedicationibus Ecclesiarum etc. Super hoc septem sunt opiniones probabiles: septimam autem amplectimur et tenemus, licet aliae possunt esse verae. Primi dicunt, quod valeant tanquam thesaurus, ut cum alia defecerint, etiam mereri non possimus, recipiant nos in aeterna tabernacula, ut de villico iniquo legitur in Evangelio. Secundi dicunt, quod valeant quoad delicta ignorantiae. Tertii dicunt, quod valeant quoad venialia oblivioni tradita. Quarti dicunt, quod valeant tanquam quodlibet bonum, tamen amplius, propter auctoritatem Ecclesiae. Quinti dicunt, quod valeant quoad mitigationem poenae in purgatorio, quod hic non peregit propter mortis praeoccupationem. Sexti dicunt, quod valeant quoad poenitentiam negligenter peractam. Septimi dicunt, quos amplectimur et imitamur, quod in veritate valeant, et hoc propter duo, propter nummi donationem, et quia Ecclesia obligat et constituit se orare pro illo. Die letzte Meinung ist auch in päpstlichen Ablaßverleihungen des 12ten Jahrh. ausgesprochen: z. B. *Gelasii P.* II. *ad exercitum Christianorum civitatem Caesaraugustanam obsidentem* v. J. 1118 (*Mansi* XXI. *p.* 169 *s.*): si quis vestrum accepta de peccatis suis poenitentia in expeditione hac mortuus fuerit, nos eum Sanctorum meritis, et totius Ecclesiae catholicae precibus, a suorum vinculis peccatorum absolvimus.

h) *Conc. Lateran.* IV. *ann.* 1215. *c.* 62. (*in Decretal. Gregor. Lib.* V. *Tit.* 38. *c.* 14.): — Ad haec, quia per indiscretas et superfluas indulgentias, quas quidam Ecclesiarum Praelati facere non verentur, et claves Ecclesiae contemnuntur, et poenitentialis satisfactio enervatur: decernimus, ut, cum dedicatur basilica, non extendatur indulgentia ultra annum, sive ab uno solo, sive a pluribus Episcopis dedicetur: ac deinde in anniversario dedicationis tempore XL. dies de injunctis poenitentiis indulta remissio non excedat. Hunc quoque dierum numerum indulgentiarum litteras praecipimus moderari, quae pro quibuslibet causis aliquoties conceduntur: cum Romanus Pontifex, qui plenitudinem obtinet potestatis, hoc in talibus moderamen consueverit observare.

aber, wie es ſchien, nur um dem Unfuge des päpſtlichen Ablaſſes Thür und Thor zu öffnen. Denn nicht nur wurde der päpſtliche Plenarablaß für Kreuzfahrer im 13ten Jahrh. eben ſo ſehr wie die Kreuzzüge vervielfältigt i), und ſogar geradezu für Geld verkauft k), und geringere Abläſſe wurden für die

---

i) Kreuzzüge gegen Ketzer (Albigenſer u. Stedinger), gegen Ungläubige (Preußen, Lieven ꝛc.) u. widerſpenſtige Fürſten (Friedrich II. ꝛc.).

k) Zuerſt gab Alexander III. 1184 (ſ. die *Ordinatio Regum Franciae et Angliae* v. demſelben Jahre b. *Mansi* XXII. *p.* 485) denen, quicunque eleemosynam, quae ordinata est ad subventionem terrae Hierosolymitanae, transmiserunt, de injuncta poenitentia veniam, nämlich si in poenitentia fuerint, quae septem annos excedat, trium annorum veniam, ſonſt duorum annorum etc. *Innocentius* III. *lib.* I. *Epist.* 302.: Ceteros vero, qui ad opus hujusmodi exequendum aliqua de bonis suis forte contulerint, juxta muneris quantitatem, et praecipue juxta devotionis affectum, remissionis hujus participes esse censemus. cf. *Lib.* IX. *Ep.* 255. u. *Lib.* XV. *Ep.* 28. (ſ. oben §. 54. not. ii). *Robertus Lincolniensis* b. *Matth. Paris ann.* 1253. p. 876: Inspeximus literam Papalem, in qua insertum reperimus, quod testamenta condentes, vel crucem suscipientes et subsidium terrae sanctae impendentes, tantundem recipient indulgentiae, quantum pecuniae largientur. Um dieſe Zeit wurden für dergleichen Geldunterſtützungen auch ſchon vollkommene Abläſſe gegeben (z. B. gegen Manfred ſ. oben §. 57. not. t). Seit Gregorius IX. begann nun aber daneben ein ärgerlicher Handel mit der Abſolution a voto crucis ſ. *Matth. Paris* oben §. 55. not. aa. Vgl. den Troubadour *Guillem Figueira* um 1244 (in F. Diez Leben und Werke der Troubadours S. 561): Rom, du nagſt an dem Fleiſch und den Knochen der Einfältigen, und ziehſt ſie abgezehrt mit dir in die Gruft: zu ſehr überſchreiteſt du Gottes Schranken: deine Habgier iſt ſo groß, daß du Sünden für Geld vergiebſt: du belaſteſt dich, Rom, mit ſchändlicher Bürde. Vgl. bey *Peire Cardinal* um 1220 (b. *Millot T. III. p.* 243) die Reflexion über den (aus Daniel 4, 24. entlehn-

nichtigſten Dinge verliehen l): ſondern es boten jetzt auch unter päpſtlichem Schutze mehrere Mönchsorden eigenthümliche Abläſſe mit unbedeutenden Anforderungen und vorgeblich voll der kräftigſten Wirkungen an m), und am Ende dieſes Zeitabſchnitts i. J. 1300 ſtiftete Bonifacius VIII. das Jubeljahr n), in welchem für geringe Leiſtungen die vollkom-

---

ten) Grundſatz, que l'aumône rachete tons les péchés: Les riches auroient donc plus de facilité pour le salut que les pauvres, l'argent seroit plus puissant que le diable et que Dieu même, et les prières ne serviroient du rien! vgl. oben §. 65. not. o.

l) Als in eine Kirche zu Aix eine von dem Papſte geweihete Roſe geſchenkt war, ſo verlieh Innocentius IV. allen dort beichtenden Ablaß (*Baluz. miscell. lib.* I. *p.* 224): Urban IV. Allen, die mit dem Könige von Frankreich zugleich eine Predigt hörten (*Guil. Nangis p.* 418) u. ſ. w. ſ. Raumer Geſch. d. Hohenſtaufen. Bd. 6. S. 208 f.

m) ſ. beſ. über den Portiuncula-ablaß oben §. 69. not. i.

n) Bonifacius Bulle *dd.* VIII. *Kal. Martii* 1300 b. *Raynald ad h. a.* u. *Extravagantes communes Lib.* V. *Tit.* 9. *c.* 1. (in *Boehmeri corp. jur. can. P.* II. *p.* 1193): Antiquorum habet fida relatio, quod accedentibus ad honorabilem basilicam Principis Apostolorum de urbe, concessae sunt remissiones magnae et indulgentiae peccatorum. Nos igitur — hujusmodi remissiones et indulgentias omnes et singulas ratas et gratas habentes, ipsas auctoritate apostolica confirmamus et approbamus, ac etiam innovamus, et praesentis scripti patrocinio communimus. Ut tamen beatissimi Petrus et Paulus Apostoli eo amplius honorentur, quo ipsorum basilicae de urbe devotius fuerint a fidelibus frequentatae, et fideles ipsi spiritualium largitione munerum ex hujusmodi frequentatione magis senserint se refectos; nos de omnipotentis Dei misericordia, et eorundem Apostolorum ejus meritis et auctoritate confisi, de fratrum nostrorum consilio et apostolicae plenitudine potestatis, omnibus in praesenti anno millesimo trecentesimo a festo nativitatis Domini nostri J. C. praeterito proxime in-

menſte Sündenvergebung gewährt werden ſollte. Der Unfug

---

choato, et in quolibet anno centesimo secuturo, ad basilicas ipsas accedentibus reverenter, vere poenitentibus et confessis, vel qui vere poenitebunt et confitebuntur, in hujusmodi praesenti et quolibet centesimo secuturo annis, non solum plenam, sed largiorem, immo plenissimam omnium suorum concedimus veniam peccatorum: statuentes, ut, qui voluerint hujusmodi indulgentiae a nobis concessae fore participes, si fuerint Romani, ad minus triginta diebus continuis vel interpolatis, et saltem semel in die: si vero peregrini fuerint aut forenses, modo simili diebus quindecim ad basilicas easdem accedant. Unusquisque tamen plus merebitur, et indulgentiam efficacius consequetur, qui basilicas ipsas amplius et devotius frequentabit. Ueber die Veranlaſſung und Feyer dieſes Jubiläums ſ. *Jacobi s. Gregorii ad velum aureum diaconi Cardinalis* (Jacobus Cajetanus, ein Nepot von Bonifacius VIII.) *de centesimo seu Jubilaeo anno liber* (*Bibl. max. PP. T.* XXV. *p.* 936 *ss.* u. im Auszuge b. *Raynald ann.* 1300. *no.* 1 *ss.*): Anceps et pene citra opinionis fidem de proximo nunc futuro centesimo, cum millesimum tricentesimum praeforibus occursurum monebamur, ad Rom. Pontificem delatus rumor advenerat: qui tantam ejus fore anni vim, ut quo Romani ad Principis Apostolorum Petri basilicam pergentes, omnium plenissimam peccatorum dilutionem sortirentur, polliceretur. Hinc vetustorum revolvi librorum monumenta pius pater edixit: quibus ejus quod quaerebatur nec ad plenum in lucem venit cognitio, forsitan — ex desidia, seu ex — libris deperditis, seu quia nec tantum veritatis ut opinionis suberat. — Centesimus oritur. Mira res! tota pene prima Januarii die novellae mysterium remissionis occubuit: proclivo vero in vesperam sole — Romani frequentes ad sacram b. Petri basilicam properant, oppressi altaria stipant, alternatimque se (ut vix accedere fas esset) impediunt, tanquam ea brevi finienda die expirare gratiam vel majorem autumarent. Dann ſtrömten auch andere Pilger herbey; man glaubte, primo centesimi die omnium culparum sordes deleri, caeteris annorum centum indulgentiam fore. Bald darauf nec

wurde noch ärger durch den Betrug, der sich sehr bald in diesen Handel mischte o).

---

vivus praeteritorum defuit testis, ein Greis von 107 Jahren, welcher vor dem Papste aussagte, meminisse, patrem alio centesimo Romae, quousque, quem secum detulit agricola, sufficit victus, ob indulgentiam moratum, seque admonuisse, ut — venturo centesimo Romae nequaquam puer adesse pigritaret, und welcher dabey versicherte, unaquaque ejusdem anni die illic centum annorum indulgentiam lucrifieri posse. Dadurch sey der Papst zu jener Bulle veranlaßt worden.

o) *Richardus de S. Germano ad ann.* 1225: Honorius III. indulgentiam Saracenisci, quae ex longiturnitate temporis satis inoleverat, tanquam falsam cassavit, et irritam per suas literas denuntiavit pariter et inanem: pro eo quod Clerici loci ejusdem dabant accedentibus ad ipsam Ecclesiam remissionem peccatorum, facientes eis intelligi, quod ita de peccatis omnibus emundati recederent, sicut pertica quaedam, quam ostendebant eis cortice emundatam. So eiferte der Franciscaner Berthold (s. oben §. 80. not. c) gegen die Ablaßverkäufer (in Klings Ausg. S. 384): »Die sind neulich auferstanden. »Denn da ich ein kleines Kind war, war nirgends einer derselben. »Sie heißen Pfennigprediger, dem Teufel einer der liebsten Knechte. »Denn der fährt aus unter die einfältigen Leute, und predigt und »ruft, daß alles weint, was vor ihm ist. Und er sagt, er habe »vom Papste die Gewalt, daß er dir alle deine Sünden abnehme »um einen Helbeling oder Heller. Und der lügt, daß er (man) da»mit ledig sey gegen Gott, und er krönt den Teufel alle Tage mit »vielen tausend Seelen. Ihr sollt ihnen nichts geben; dann müssen »sie abstehen von dem Betrug. Dieweil ihr ihnen gebt, verkauft »ihr euch in den ewigen Tod. Und sie ermorden euch und weisen »euch weg von der rechten Buße, die Gott geheiligt hat, daß ihr »nicht mehr büßen wollt.« *Conc. Provinc. Mogunt. ann.* 1261. *c.* 48. (*Mansi* XXIII. *p.* 1102): Contra Quaestuarios maledicos, quibus ob monstruosum turpis quaestus abusum sic incanduit orbis odium, cui, utpote homines pestilentes, suaque nequitia merito odiosi, ita se reddiderunt exosos, quod adversum eos constrepit omnis linguae conquestio querulosa. —

Die ariſtoteliſchen Theologen des dreizehnten Jahrh. gingen dennoch bereitwillig darauf ein, dieſe ungeheuerſte aller

---

Hi profanissimi pro reliquiis saepe exponunt ossa profana hominum, seu brutorum, et miracula mentiuntur, causasque petitionum suarum mendose confictas, effusis lacrimarum profluviis, ad quas habent oculos eruditos, et extenuatis faciebus cum clamoribus validis, et gestibus miserandis sic motive proponunt, tamque indulgentiarum numerositatem contra statutum generalis Concilii, et relaxationem peccaminum pollicentur; quod vix est aliquis, etiam ipsorum agnoscens nequitias, qui se a subventione eorum valeat continere. Ex quo vilescunt claves Ecclesiae, — cum pauci sint, qui subire velint aliquam poenitentiam etiam impositam a proprio sacerdote, credentes, — se a peccatis per hujusmodi indulgentias absolutos. Ad haec iidem Quaestuarii male taliter acquisita pejus Ecclesiis subtrahunt, quarum intuitu conferuntur; ex quo sacrilegii crimen incurrunt, dum male acquisita, pejus subtracta, pessime dissipant, et consumunt in commessationibus, ebrietate, ludis et luxuriis. Dieſe Quaestuarii ſollen gefangen dem Biſchofe ausgeliefert werden. Quod si Ecclesia — eleemosynas decreverit requirendas, sacerdotibus Dioecesis illius cartulae dirigantur, necessitatem Ecclesiae et quantitatem indulgentiae continentes, ut juxta hoc ad subventionis subsidium suos populos exhortentur. Dieſe ſollen das Geſammelte dann überſchicken. Unaquaeque etiam Dioecesis suorum populorum eleemosynis sit contenta, nec jure alterius imploret auxilium. Urban IV. erlaubte den Inquiſitoren 1262 in der Bulle Licet ex omnibus (*Bullar. magn.* in *Urb.* IV. *no.* 2.) §. 14. compescere praedicatores quaestuarios a praedicationis officio, quod ad ipsos nullatenus pertinet, quorum interest tantum charitativa subsidia simpliciter petere, ac indulgentiam, si quam forte habent, exponere. *Humbertus de Romanis de his quae tractanda videbantur in Conc. Lugd. anni* 1274 (ſ. oben §. 58. not. d) *lib. III. c.* 8. in *Brown App. ad fasciculum rerum expetendarum et fugiendarum p.* 227: Circa quaestuarios praedicatores, qui fere totam Dei Ecclesiam ubique terrarum inficiunt, et sunt scandalo toti mundo, sunt

päpstlichen Anmaßungen dogmatisch zu rechtfertigen. Alexander v. Hales und Albertus der Große erfanden die Lehre von dem thesaurus supererogationis perfectorum p),

---

tot reprehensibilia, quod non facile potest dici: sunt enim pro maxima parte personae inhonestae et infames. Item corrumpunt Praelatos, et Officiales, et Archipresbyteros, et Presbyteros adeo suis servitiis, quod dimittunt eos facere et dicere quaecunque volunt. Item habent brevia, quae relinquunt in singulis parochiis, in quibus continentur tot indulgentiae, quod mirantur boni viri, si unquam de conscientia Papae vel etiam alicujus boni viri potuerunt illa procedere. Item exponunt illa simplicibus malo modo. Item multa adquirunt, et pauca veniunt ad domos, pro quibus fiunt: quia vel multa ultra modum consumunt, vel etiam emunt illas quaestas (jene Ablaßeinnahmen, d. h. das Recht den Ablaß zu verkünden) pro modico pretio. Item multa mendacia consueverunt dicere et de reliquiis et de indulgentiis, et quod supremum malum est, ista et alia mala multa eorum jam ita versa sunt in ludum et risum, quod vix est aliquis, qui super hoc doleat vices Christi.

p) Während *Raymundus de Pennaforti Summa de poenit. lib.* III. *c.* 63. wie Paulus Presb. oben not. g. die Kraft des Ablasses noch allein auf die orationes et suffragia Ecclesiae stützte. — *Alex. Hales. Summa P.* IV. *Qu.* 23. *Art.* 1.: Dicunt aliqui, quod fiunt relaxationes quantum ad forum Ecclesiae, sed non quantum ad forum Dei. Sed haec positio nulla videtur: quia, si Ecclesia relaxat et non Deus, magis esset deceptio quam relaxatio, et crudelitas quam pietas: quia tunc ad diminutionem poenae praesentis sequeretur incomparabiliter gravior in foro Dei. Propter hoc aliter dici potest, quod fiunt etiam in foro Dei, quia Deus habet pro relaxato, quod Ecclesia relaxat. *Art.* 2. *Membr.* 1.: Si loquamur de poena satisfactoria, secundum quod est medicamentum, sic non valet satisfactio unius pro altero. Si loquamur de illa, secundum quod est pretium, sic valet, et hoc modo potest unus satisfacere pro alio. Sed oportet, quod fiat auctoritate Superioris. *Membr.* 3.: Indulgentiae et relaxationes fiunt de meritis su-

aus welchem vermöge der Schlüſſelgewalt nicht nur die zeitlichen Sündenſtrafen der Lebenden, ſondern gemäß der ſchon

---

pererogationis membrorum Christi et maxime de supererogationibus meritorum Christi, quae sunt spiritualis thesaurus Ecclesiae. Hunc autem thesaurum non est omnium dispensare, sed tantum eorum, qui praecipue vicem Christi gerunt, i. e. Episcoporum. *Membr.* 6.: Praeexistente poena debitae et sufficientis contritionis, potest Summus Pontifex totam poenam debitam peccatori poenitenti dimittere: non tamen debet, nisi ex magna causa. Ad illud, quod objicitur, quod aut Deus punit, aut homo, potest dici, quod, quando dominus Papa dat plenam indulgentiam, ipse punit obligando Ecclesiam aut aliquod membrum Ecclesiae ad satisfaciendum: vel potest dici, quod thesaurus Ecclesiae, qui exponitur pro satisfactione indulgentiarum, habetur principaliter ex meritis Christi: unde potest dici, quod Deus punit mala, ut Deus et homo patiendo et satisfaciendo pro nobis. — *Albertus Magnus in Sent. lib.* IV. *dist.* 20. *art.* 16.: Indulgentia sive relaxatio est remissio poenae injunctae ex vi clavium et thesauro supererogationis perfectorum procedens. *Art.* 17.: Dicendum, quod tres opiniones antiquitus fuerunt circa indulgentias. Quidam enim dixerunt, indulgentias omnino nihil valere, et esse eas piam fraudem, qua mater decipiendo pueros suos provocat ad bonum, scilicet peregrinationem, et eleemosynas, et auditum verbi Dei et hujusmodi. Sed isti ad ludum puerorum distrahunt facta Ecclesiae, et hoc fere sapere haeresin puto. Ideo alii, plus quam oportuit contradicentes, dixerunt, quod simpliciter sicut pronuntiantur indulgentiae, ita valeant sine omni alia conditione intellecta vel dicta. Sed quia isti nimis bonum forum dant de misericordia Dei, ideo tertiae opinioni mihi assentiendum videtur, — scil. quod indulgentiae valent, sicut eas valere praedicat Ecclesia. Sed sex exiguntur conditiones, quae suppositae sunt vel dictae ab Ecclesia. Duae autem sunt ex parte dantis, quarum prima est dantis auctoritas, — alia est pia causa. — Alia duo praesupponuntur ex parte recipientis, scil. quod sit contritus et confessus in voto, et quod habeat fidem, quod

längſt angenommenen Ausdehnung der Schlüſſelgewalt über Verſtorbene q), auch die der im Fegefeuer Leidenden getilgt würden r). Thomas Aquinas vollendete dieſe Theo-

---

hoc sibi possit fieri per clavium potestatem: et ideo semper (?) in litteris indulgentiarum continetur: *omnibus contritis et confessis.* Alia duo exiguntur ex parte gratiae vel Ecclesiae, in qua fit remissio, scil. abundantia thesauri meritorum, de quibus supra, et justa aestimatio solutionis ejus, pro qua indulgentia est instituta.

q) Vgl. Abth. 1. §. 35. not. k; oben §. 73. not. x. *Innocentius* III. *Decretal. Greg. Lib.* V. *Tit.* 39. *c.* 28.: Quantumcunque se quis juramento praestito, quod Ecclesiae mandato pareret, humiliare curaverit, quantacunque poenitentiae signa praecesserint; si tamen morte praeventus absolutionis non potuerit beneficium obtinere; quamvis absolutus apud Deum fuisse credatur: nondum tamen habendus est apud Ecclesiam absolutus. Potest tamen et debet ei Ecclesiae beneficio subveniri, sic ut, si de ipsius viventis poenitentia per evidentia signa constiterit, defuncto etiam absolutionis beneficium impendatur. cf. *Henricus Hostiensis* unten not r.

r) *Alex. Halesius P.* IV. *Qu.* 23. *Art.* 2. *Membr.* 5.: Probabiliter et verissime praesumitur, quod illis, qui sunt in purgatorio, potest Pontifex facere indulgentias. Nota tamen, quod plura requiruntur ad hoc, quod debito modo fiat indulgentia: scil. potestas clavium ex parte conferentis; ex parte ejus, cui confertur, caritas, credulitas, devotio; inter utrumque causa et modus. — Potest ergo dici, quod illis, qui sunt in purgatorio, possunt fieri relaxationes secundum conditiones praedictas per modum suffragii sive impetrationis, non per modum judiciariae absolutionis sive commutationis. Dagegen der Canoniſt *Henricus de Segusio* (Cardinal u. Episc. Hostiensis † 1271) in ſ. *Summa utriusque Juris* (*Aurea summa Hostiensis*) *Tit. de Remissionibus c.* 6.: Vivis tantum prosunt (remissiones), non mortuis. Sicut enim membrum corporale putridum vel resecatum vel mortuum non potest nutriri vel vivificari cibo corporali, sic nec membrum spirituale corporis Christi cibo spirituali: licet alia suffragia Ec-

ric s), welche alsbald auch von den Mönchsorden ergriffen

clesiae mortuis prosint, quia caritas sola prodest in purgatorio, sed potestas clavium non habet ibi locum. Nec obstat, quod Ecclesia solvit et ligat post mortem: quia ibi fit absolutio ad consolationem vivorum, et absolvitur mortuus, i. e. antequam moreretur, absolutus fuisse per contritionem monstratur, vel declarat Ecclesia, quod omnes pro excommunicato mortuo libere orent. cf. *Thomas Suppl. P.* III. *Qu.* 71. *Art.* 10. unten not. s.

s) *Thomas in Summa Suppl. P.* III. *Qu.* 25. (d. i. *Comm. in Sent. lib.* IV. *Dist.* 20. *Qu.* 1. *Art.* 3.) *Art.* 1.: Indulgentiae valent et quantum ad forum Ecclesiae, et quantum ad judicium Dei, ad remissionem poenae residuae post contritionem et absolutionem et confessionem, sive sit injuncta sive non. Ratio autem, quare valere possunt, est unitas corporis mystici, in qua multi in operibus poenitentiae supererogaverunt ad mensuram debitorum suorum, et multas etiam tribulationes injustas sustinuerunt patienter, per quas multitudo poenarum poterat expiari, si eis deberetur. Quorum meritorum tanta est copia, quod omnem poenam debitam nunc viventibus excedunt, et praecipue propter meritum Christi: quod etsi in sacramentis operatur, non tamen efficacia ejus in sacramentis includitur, sed sua infinitate excedit efficaciam sacramentorum. Dictum est autem supra, quod unus pro alio satisfacere potest. Sancti autem, in quibus superabundantia operum satisfactionis invenitur, non determinate pro isto, qui remissione indiget, hujusmodi opera fecerunt (alias absque omni indulgentia remissionem consequeretur), sed communiter pro tota Ecclesia: sicut Apostolus ait, se *adimplere ea quae desunt passionum Christi in corpore suo pro Ecclesia*, ad quam scribit *Col.* 1. (v. 24.): et sic praedicta merita sunt communia totius Ecclesiae. Ea autem, quae sunt alicujus multitudinis communia, di-tribuuntur singulis de multitudine, secundum arbitrium ejus, qui multitudini praeest. Unde sicut aliquis consequeretur remissionem poenae, si alius pro eo satisfecisset: ita si sibi satisfactio alterius per eum qui potest distribuatur. *Art.* 2. *Utrum indulgentiae tantum valeant*

wurde, um für die Gewährung eines Antheils an ihren geist-

---

quantum pronuntiantur? Circa hoc est multiplex opinio. Quidam enim dicunt, quod hujusmodi indulgentiae non tantum valent, quantum praedicantur: sed unicuique tantum valent, quantum fides et devotio sua exigit. Sed dicunt, quod Ecclesia ad hoc ita pronuntiat, ut quadam pia fraude homines ad bene faciendum alliciat: sicut mater, quae promittens filio pomum, ipsum ad ambulandum provocat. Sed hoc videtur esse valde periculosum dicere etc. — Et ideo alii (*Albertus M. lib.* IV. *Dist.* 20. *Art.* 17. f. oben not. p) dixerunt, quod tantum valent quantum pronuntiantur, secundum justam aestimationem, non tamen dantis indulgentiam, — aut — recipientis, — sed secundum justam aestimationem, quae justa est secundum judicium bonorum, pensata conditione personae, et utilitate, et necessitate Ecclesiae: quia uno tempore Ecclesia plus indiget, quam alio. Sed haec etiam opinio stare non potest, ut videtur. Primo quia secundum hoc indulgentiae non valerent ad remissionem, sed magis ad commutationem quandam. Et praeterea praedicatio Ecclesiae a mendacio non excusaretur: cum quandoque indulgentia praedicetur longe major, quam justa aestimatio possit requirere, omnibus praedictis conditionibus pensatis. — Et ideo aliter dicendum est, quod quantitas effectus sequitur quantitatem suae causae. Causa autem remissionis poenae in indulgentiis non est nisi abundantia meritorum Ecclesiae, quae se habet sufficienter ad totam poenam expiandam: non autem causa remissionis effectiva est vel devotio, vel labor, vel datum recipientis indulgentiam, aut causa, pro qua fit indulgentia. Unde non oportet ad aliquid horum proportionare quantitatem remissionis, sed ad merita Ecclesiae, quae semper abundant: et ideo secundum quod applicantur ad istum, secundum hoc remissionem consequitur. Ad hoc autem, quod applicentur isti, requiritur auctoritas dispensandi hujusmodi thesaurum, et unio ejus, cui dispensatur, ad eum, qui merebatur (quod fit per caritatem), et ratio dispensationis, secundum quam salvetur intentio illorum, qui opera meritoria fecerunt. — Unde quaecunque causa adsit, quae in utilitatem Ecclesiae

et honorem Dei vergat, sufficiens est ratio indulgentias faciendi. Et ideo secundum alios dicendum, quod indulgentiae simpliciter tantum valent, quantum praedicantur, dummodo ex parte dantis sit auctoritas, et ex parte recipientis caritas, et ex parte causae pietas, quae comprehendit honorem Dei et proximi utilitatem. Nec in hoc fit nimis magnum forum de misericordia Dei, ut quidam (*Albertus M. l. c.*) dicunt, nec divinae justitiae derogatur: quia nihil de poena dimittitur, sed unius poena alteri computatur. — Clavis duplex est, scil. ordinis, et jurisdictionis. Clavis ordinis sacramentale quoddam est: et quia sacramentorum effectus non sunt determinati ab homine, sed a Deo: ideo non potest taxare sacerdos, quantum per clavem ordinis in foro confessionis de poena debita dimittatur: sed tantum dimittitur, quantum Deus ordinavit. Sed clavis jurisdictionis non est quid sacramentale, et effectus ejus arbitrio hominis subjacet: et hujusmodi clavis effectus est remissio, quae est per indulgentias, cum non pertineat ad dispensationem sacramentorum talis remissio, sed ad dispensationem bonorum communium Ecclesiae: et ideo etiam legati non sacerdotes indulgentias facere possunt. Unde in arbitrio dantis indulgentiam est, taxare, quantum per indulgentiam de poena remittatur. Si tamen inordinate remittat, ita quod homines quasi pro nihilo ab operibus poenitentiae revocentur, peccat faciens tales indulgentias: nihilominus quis plenam indulgentiam consequitur. *Quaest.* 71. *Art.* 10. (aus *Comm. in Sent. Lib. IV. Dist.* 45. *Qu.* 2. *Art.* 3.): *Utrum indulgentiae Ecclesiae prosint mortuis?* Videtur, quod indulgentiae, quas Ecclesia facit, etiam mortuis prosint. Primo per consuetudinem Ecclesiae, quae facit praedicare crucem, ut aliquis indulgentiam habeat pro se, et duabus vel tribus, et quandoque etiam decem animabus, tam vivorum, quam mortuorum: quod esset deceptio, nisi mortuis prodessent etc. — Sed contra etc. — Respondeo dicendum, quod indulgentia dupliciter alicui prodesse potest. Uno modo, principaliter: alio modo, secundario. Principaliter quidem prodest ei, qui indulgentiam accipit, scil. qui facit hoc, pro quo indulgentia datur, ut qui visitat limina alicujus sancti. Unde cum mortui non possint

lichen Schätzen sich weltliche Güter einzutauschen t).

Je leichter es jetzt gemacht zu seyn schien, in der Beichte Verwandlung der ewigen Strafen in zeitliche, und in dem Ablasse auch Erlassung der Letztern zu erhalten: desto weniger konnten tiefere Gemüther durch diese Art von Sündenvergebung befriedigt werden. Daher dauerte die Geißelbuße nicht nur fort, sondern wurde im dreizehnten Jahrh. allgemeiner und härter als je geübt. Einen neuen mächtigen Anstoß gab die große Geißlerfahrt, welche 1260 von Perugia ausging u). Fast das ganze Oberitalien war für einige

---

facere aliquid horum, pro quibus indulgentiae dantur, eis directe indulgentiae valere non possunt. Secundario autem et indirecte prosunt ei, pro quo aliquis facit illud, quod est indulgentiae causa: quod quandoque contingere potest, quandoque autem non potest, secundum diversam indulgentiae formam. Si enim sit talis indulgentiae forma: *Quicunque facit hoc vel illud, habebit tantum de indulgentia:* ille qui hoc facit, non potest fructum indulgentiae in alium transferre; quia ejus non est applicare ad aliquem intentionem Ecclesiae, per quam communicantur communia suffragia, ex quibus indulgentiae valent. Si autem indulgentia sub hac forma fiat: *Quicunque fecerit hoc vel illud, ipse et pater ejus, vel quicunque alius ei adjunctus, in purgatorio detentus, tantum de indulgentia habebit:* talis indulgentia non solum vivo sed etiam mortuo proderit. Non enim est aliqua ratio, qua Ecclesia transferre possit communia merita, quibus indulgentiae innituntur, in vivos, et non in mortuos.

t) So vermachen Heinrich, Notar in Wien, und seine Ehefrau 1298 Abbati et conventui Ecclesiae s. Mariae Scotorum Viennae, qui plenam nobis in Domino largiti sunt confraternitatem, facientes nos participes omnium bonorum, quae omnipotenti Deo exhibita fuerint per eosdem, — omnes nostras possessiones etc. s. Hormayrs Wiens Gesch. Bd. 2. Heft 1. S. LXIII.

u) *Monachi Patavini Chron lib.* III. (geschr. um 1270 in *Muratori Scriptt. Rer. Ital. T.* VIII. *p.* 712 *ss.*): Sub praecedenti

Zeit mit umherziehenden Geißlern angefüllt: auch über die

---

annorum curriculo, cum tota Italia multis esset flagitiis et sceleribus inquinata, quaedam subitanea compunctio, et a seculo inaudita, invasit primitus Perusinos, Romanos postmodum, deinde fere Italiae populos universos. In tantum itaque timor Domini irruit super eos, quod nobiles pariter et ignobiles, senes et juvenes, infantes etiam quinque annorum, nudi per plateas civitatum, opertis tantundem pudendis, deposita verecundia, bini et bini processionaliter incedebant: singuli flagellum in manibus de corrigiis continentes, et cum gemitu et ploratu se acriter super scapulis usque ad effusionem sanguinis verberantes; et effusis fontibus lacrymarum, ac si corporalibus oculis ipsam Salvatoris cernerent passionem, misericordiam Dei et genetricis ejus auxilium implorabant: suppliciter deprecantes, ut qui in innumeris poenitentibus est placatus, et ipsis iniquitates proprias cognoscentibus parcere dignaretur. Non solum itaque in die, verum etiam in nocte cum cereis accensis, in hyeme asperrima, centeni, milleni, decem millia quoque per civitatis Ecclesias circuibant, et se ante altaria humiliter prosternebant, praecedentibus eos Sacerdotibus cum crucibus et vexillis. Similiter in villis et oppidis faciebant, ita quod a vocibus clamantium ad Dominum resonare videbantur simul campestria et montana. — Super ista vere poenitentia repentina, quae ultra etiam fines Italiae per diversas provincias est diffusa, non solum viri mediocres, sed et sapientes non irrationabiliter mirabantur, cogitantes, unde tantus fervoris impetus proveniret: maxime cum iste modus poenitentiae inauditus, non fuisset a Summo Pontifice institutus, qui tunc Anagniae residebat, nec ab alicujus praedicatoris, vel auctorabilis personae industria vel facundia persuasus, sed a simplicibus sumsit initium, quorum vestigia docti pariter et indocti subito sunt sequuti. Vgl. *Dr.* E. G. Förstemann's die christl. Geißlergesellschaften, Halle 1828. 8. S. 18 ff. Zu merkwürdigen Betrachtungen leitet die Vergleichung der Perusiner von 1260 u. 1282 s. unten §. 84. not. c (vgl. *Glaber Radulph.* IV, 5. Abth. 1. §. 27. not. d).

Alpen bis nach Ungarn hin verbreitete sich die Nachahmung, wurde aber bald als bürgerlich und kirchlich gefährlich unterdrückt v).

§. 83.

Sendgerichte.

Ant. Schmidt diss. de Synodis Archidiaconalibus et Archipresbyteralibus in Germania (in Ejusd. Thesaurus juris eccles. T. III. p. 314). — Kopps Nachr. v. d. Verfassung der Geistl. u. Civilgerichte in den Hessen-Casselischen Landen. Cassel 1769. Th. 1. S. 140. — F. J. Bodmanns Rheingauische Alterthümer. Mainz 1819. 4. S. 854 ff.

Die Sendgerichte, jetzt nach den Ständen in die bischöflichen, Archidiaconats- und erzpriesterlichen Sende abgestuft a), wurde den Laien mannichfach beschwerlich b), besonders da sie

---

v) Förstemann a. a. O. S. 39 ff.

a) Nach dem Sachsenspiegel Buch 1. Art. 1. sollen die schöppenbare Leute der Bischöfe Send besuchen (cf. *Engelberti Archiep. Colon. statuta in Conc. Colon. ann.* 1266. *c.* 14. b. *Mansi* XXIII. *p.* 1141: nobiles — ad nostram Synodum noscuntur specialiter pertinere), die Pfleghaften (die eigene Güter haben) der Dompröpste (d. i. der Archidiaconi), die Landsassen (die kein eigenes Gut haben) der Erzpriester. Im Mainzischen hegten die Erzpriester jährlich in ihren Bezirken den Send, der Erzdiacon jedes Schaltjahr in seinem Archidiaconate. Der erzbischöfliche Send verwandelte sich im 13ten Jahrh. in ein stehendes Gericht, unter dem Namen der Richter des heil. Stuhls zu Mainz s. Bodmann S. 851. 854. 857.

b) Ueber die kostbare Sendabgabe s. Bodmann S. 856. — Soester Stadtrecht aus dem 12ten Jahrh. (in *Emminghaus Memorab. Susat. Docum. P.* III. *Num.* 2. *p.* 121): Synodus vero sine cavillatione et captiositate est tenenda. Quemcunque Scabinum, quod *Eytswere* (Sendzeugen, Sendschöffen) dicitur teutonice, burgenses statuerint, ipsum Praepositus acceptabit.

jetzt Geldſtrafen aufzulegen anfingen c): daher ſuchten ſich

---

c) Schon 1149 beſtimmt Heinrich Erzb. v. Mainz *de justitia S. Martini in Södel* (b. *Gudenus Cod. diplom.* I. *p.* 193): Archipresbyter Synodum celebraturus secum duos adducet Clericos. — *Questum* vero *Synodalium judiciorum* in tres partietur portiones, unam sibi, duas fratribus. Alexander III. *ad Cantuar. Archiep.* i. J. 1180 (*Decr. Greg. Lib. V. Tit.* 37. *c.* 3.) verwirft noch die Geldſtrafen: Accepimus, quod Archidiaconi Conventrensis Episcopatus pro corrigendis excessibus, et criminibus puniendis, a clericis et laicis poenam pecuniariam exigunt. — Mandamus, quatenus — hoc districtius interdicas. *Innocentius* III. *Lib.* I. *Ep.* 420. billigt ſie: und ſo kam in Deutſchland die im Sachſenſpiegel Buch III. Art. 63., im Schwabenſpiegel Cap. 2. ausgeſprochene Meynung auf, daß Conſtantin dem Papſte Sylveſter den weltl. Bann bis auf 60 Schillinge gegeben habe. Für die Gewerbe, bey welchen gewiſſe Unregelmäßigkeiten, z. B. Arbeit an Sonn- und Feſttagen, häufig vorkamen, artete dieſe Geldſtrafe zu einer jährl. Abgabe an die Sendherren aus. Vgl. den Vertrag zwiſchen dem Erzprieſter v. Mainz, der den Send in der Stadt hatte, und dem Magiſtrat daſelbſt v. J. 1300 in *St. A. Würdtwein* Dioecesis Mogunt. in Archidiaconatus distincta (Tomi III. Manhemii 1769—77. 4.) T. I. p. 20.: Institores et eorum collegae pro eo quod in festis Sanctorum, quorum vigiliae non jejunantur, ipsorum mercimonia licite exponunt, Archipresbytero singulis annis quatuor solidos denariorum Moguntinorum in festo b. Thomae Apostoli — dare et solvere tenebuntur. Die corduanarii, cerdones sive Wizgerwer et Rintwarcer bezahlen jeder in festo b. Andreae unum denarium Moguntinensem: si vero dicti calcifices et cerdones in festis Sanctorum, quorum vigiliae jejunantur, exposuerint res venales, dicto domino Archipresbytero singuli quilibet hospes unum obulum Pingwensem dabunt, quotiens exposuerint res suas ad vendendum. — Caeterum nec Archipresbyter, neque sui nuncii vel scriptores, dictorum calcificum vel cerdonum hospitia pro factis seu laboribus inquirendis, quos in domibus exercent, ullatenus destinabit. — Item superiores macellarii sive car-

ganze Gemeinheiten mit Hülfe der weltlichen Obrigkeit von denſelben loszumachen d).

---

nifices, ac inferiores, domini Archipresbyteri synodum minime frequentabunt, et pro eo praedicti superiores macellarii ipsi domino Archipresbytero quatuor solidos, — inferiores — quatuor solidos — solvent. Außerdem ſoll noch jeder jährl. unum Rintschenkel aut frustum carnis aequivalens geben, et pro eo in festis quibuscunque mactare pecora seu pecudes bene possunt. — Insuper pro carnibus rancidis aut alias vitiosis — ipse Archipresbyter praedictos carnifices impetere per sententiam aliquam non valebit, sed magister forensis, qui Markmeyster volgariter dicitur, eosdem carnifices impetere poterit super eo ac etiam judicare. Deinde superiores carnifices ipsi Archipresbytero unum solidum Moguntinensem et duas scapulas, nec non inferiores macellarii quatuor scapulas cum quatuor solidis Mogunt. in septimana Parasceues solvere tenebuntur, et pro eo ipsis carnificibus omnibus de mulieribus quibuscunque sepum lardum et sanguinem vendentibus haec gratia est indulta, et jure consuetudinario et a tempore cujus non extat memoria legitime approbata, quod praedictas mulieres seu carnifices per sententias aliquas non impetet vel contrariabit. Es folgen ähnliche Beſtimmungen über die Fiſcher, Wezzer, Bäcker, Weber, Gärtner u. ſ. w.

d) So in Mainz mehrere Gewerke ſ. not. c. So erklärte Herz. Otto v. Braunſchweig in den Statuten d. Stadt Münden v. J. 1246 (ſ. Kuchenbeckers Abhandl. v. den heſſ. Erbhofämtern, Beyl. S. 9) dieſe Stadt für ſendfrey: eben ſo Landgraf Heinrich I. v. Heſſen die Städte Grünberg (1272) u. Frankenberg (1294) ſ. Kopp a. a. O. Th. 1. S. 174.

§. 84.

Kirchliche Strafen.

Plancks Geſch. d. kirchl. Geſellſchaftsverf. Bd. 4. Abſchn. 2. S. 272 ff. Raumer's Geſch. d. Hohenſtaufen. Bd. 6. S. 209 ff.

In den ſeit Gregorius VII. ununterbrochen fortwährenden Kämpfen des Prieſterthums gegen die weltliche Macht wurden Bann und Interdict ſo häufig a), und oft aus ſo ungenügenden b) oder gar ungerechten Urſachen angewendet, daß eben dadurch dieſe kirchlichen Strafen in Verachtung kamen c). Während das Prieſterthum dadurch auf der einen Seite

---

a) Veranlaſſung dazu gab außer den großen Kämpfen der Päpſte auch die Erweiterung d. kirchl. Gerichtsbarkeit, ſ. oben §. 63. not. x ff. Dann die durch das Decretalenrecht eingeführten *Excommunicationes latae sententiae* (cf. *du Pin de antiqua Eccl. discipl. p.* 269).

b) So verordnete der Biſchof Ludolf v. Minden i. J. 1302 (*Hartzheim Conc. Germ.* IV, *p.* 591), quod quicunque censuales sibi — censum proventuum suorum statuto termino non solverint, et moniti infra XV. dies de hoc non satisfecerint competenter, incurrant excommunicationis sententiam ipso facto. *Bonifacii P. VIII. Constitutio* v. 31. Mai 1302 (in *Haeberlin analecta medii aevi* p. 337): Provide attendentes, quod, ut frequentius, — interdicti sententiae proferuntur, quodque sunt nonnulli judices nimis prompti ad proferendas easdem, etiam in negotiis sive causis, quae interdum plus cupiditatis, quam ex caritatis radice perspicuis judiciis procedere arguuntur; — praesentis constitutionis providemus edicto, ut nulla civitas, castrum, villa, locus, territorium vel districtus — supponatur ecclesiastico interdicto pro pecuniario debito etc.

c) Schon *Bernaldus Const. chron. ad ann.* 1100 (*ed. Ussermann p.* 177) klagt: Jam multum pene ubique sententia excommunicationis coepit tepescere. Wie weit es im 13ten Jahrh. und beſ. in Italien damit kam, zeigt die Erzählung eines Zeitgenoſſen

genöthigt wurde, die kirchlichen Wirkungen dieser Strafen zu mildern d): bot es auf der andern Seite alles auf, um die

---

im *Memoriale Potestatum Regiensium ad ann.* 1282 (in *Muratorii Scriptt. Rer. Ital. T.* VIII. *p.* 1151): Eodem anno Perusini praeparaverunt se, ut irent ad devastandum Fulignum. Et misit Papa dicendo, quod nullo modo irent: alioquin excommunicaret eos. Erat enim Fulignum ex horto S. Petri. Et non dimiserunt Perusini propter hoc, quin irent. Iverunt igitur, et destruxerunt totum Episcopatum illius civitatis usque ad foveas. Excommunicati fuerunt; sed indignati ex hoc, fecerunt Papam et Cardinales de paleis, et traxerunt eos per totam civitatem opprobriose, et traxerunt eos ad quemdam montem, et in cacumine montis combusserunt Papam indutum de Rubeo, et Cardinales combusserunt similiter, dicendo: *Iste est talis Cardinalis, et iste talis.* — *Nicolaus Ep. Botrontinensis*, der als Augenzeuge *Henrici* VII. *iter italicum* beschrieben hat, erzählt (*Muratori T.* IX. *p.* 903), daß man in dem Rathe des Königs (i. J. 1311) beschlossen habe, den begleitenden Cardinallegaten zu fragen, si ipse posset virtute suae auctoritatis ponere sententiam excommunicationis contra illos, qui nollent obedire, quod requireretur. Ego missus ad dominum Legatum. Copiam suae literae mihi dedit, quae plenissima ad omnia ista facienda erat. Ipse mihi dixit secrete, et voluit quod domino Regi dicerem, quomodo parum Italici curant de excommunicationibus alicubi. Et posuit exemplum de Florentinis, qui sententias domini Ostiensis parum curaverunt. Item de Bononiensibus, qui sententias domini Napoleonis vilipenderunt. Item domini de Peregrue sententias Mediolanenses non curaverunt. Unde nisi gladius materialis eos ducat ratione timoris ad obedientiam, gladius spiritualis non.

d) So dem Banne: *Gregorius* VII. *in Conc. Rom. ann.* 1078 (*Mansi* XX. *p.* 506. b. *Gratian P.* II. *Caus.* XI. *Qu.* 3. *c.* 103.): Quoniam multos — pro causa excommunicationis perire quotidie cernimus, partim ignorantia, partim nimia simplicitate, partim timore, partim etiam necessitate; devicti misericordia, anathematis sententiam ad tempus, prout possumus,

opportune temperamus. Apostolica itaque auctoritate ab anathematis vinculo hos subtrahimus: videlicet uxores, liberos, servos, ancillas, seu mancipia, necnon rusticos servientes, et omnes alios, qui non adeo curiales sunt, ut eorum consilio scelera perpetrentur, et eos, qui ignoranter excommunicatis communicant, sive illos, qui communicant cum eis, qui excommunicatis communicant. Quicunque autem orator, sive peregrinus, aut viator in terram excommunicatorum devenerit, ubi non possit emere, vel non habeat unde emat, ab excommunicatis accipiendi licentiam damus. Et si quis excommunicatis non in sustentationem superbiae, sed humanitatis causa dare aliquid voluerit, non prohibemus. Dem Interdicte: Außer den an einzelne Corporationen gegebenen Privilegien (ſ. Raumer Bd. 6. S. 216) geſtattete Alexander III. (*Decret. Greg. lib.* IV. *Tit.* 1. *cap.* 11.) baptismum parvulorum et poenitentias morientium zur Zeit eines Interdicts; Innocentius III. (*ibid. lib. V. Tit.* 39. *c.* 43.) dem Biſchofe von Ferrara, baptizatos pueros in frontibus consignare; Gregorius IX. (*ibid. c.* 57.): semel in hebdomada, non pulsatis campanis, voce submissa, januis clausis, excommunicatis et interdictis exclusis, missarum solemnia celebrare, causa conficiendi corpus Domini, quod decedentibus in poenitentia non negatur. Endlich Bonifacius VIII. (*Sexti Decretal. Lib. V. Tit.* 11. *c.* 24.): A nostris dudum fuit praedecessoribus constitutum, ut in terris seu locis, ecclesiastico suppositis interdicto, nulla (certis casibus et sacramentis exceptis) divina celebrentur officia, vel ministrentur ecclesiastica sacramenta. Quia vero ex districtione hujusmodi statutorum excrescit indevotio populi, pullulant haereses, et infinita pericula animarum insurgunt, ac Ecclesiis sine culpa earum debita obsequia subtrahuntur, — concedimus, quod tempore interdicti — non tantummodo morientes, sed etiam viventes, tam sani etiam quam infirmi, ad poenitentiam — licite admittantur, dum tamen excommunicati non fuerint. — Adjicimus praeterea, quod singulis diebus in Ecclesiis et monasteriis missae celebrentur, et alia dicantur divina officia sicut prius, submissa tamen voce et januis clausis, excommunicatis ac interdictis exclusis, et campanis etiam non pulsatis. —

bürgerlich nachtheiligen Folgen derselben zu schärfen e). In Deutschland schien es nach langem Widerstreben f) seine Ab-

---

In festivitatibus vero natalis Domini, paschae, ac pentecostes, et adsumtionis virginis gloriosae, campanae pulsentur, et januis apertis alta voce divina officia solemniter celebrentur, excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis admissis.

e) Der geistl. Bann sollte die weltl. Acht zur unmittelbaren Folge haben: *Urbanus* II. b. *Gratianus P.* II. *Caus.* XXIII. *Qu.* 5. *c.* 47.: Non etiam eos homicidas arbitramur, quos adversus excommunicatos zelo catholicae matris ardentes, aliquos eorum trucidasse contigerit.

f) *Fasti Corbejenses Henrici Monachi* in *Harenberg Monumentis historicis adhuc ineditis.* (Braunschw. 1762. 8.) I. p. 72: Anno 1150 in curia Regis Ulmae post Epiphaniam habita laici se Papae excommunicationibus subtrahere voluerunt. Rex curiam transtulit dilatam in urbem Ratisponam post Barnabae festum. — p. 77: Anno 1152 religionem nostram et omnium latinae Ecclesiae christianorum fidem laici ex Sdavia, Suicia et Bavaria humiliare voluerunt. In curia apud Ulmam habita decretum fecerunt, quod ei, qui ob rapinas et incendia in bonis ecclesiasticis commissa excommunicantur, novo judicio laico debent examinari et judicari, ne suggestiones clericorum subvertant Imperium: et quod ei, qui per censuram ecclesiasticam notantur et excommunicantur, boni tamen cives, burgenses, barones et nobiles esse et manere possunt, quia regnum Christi non sit de hoc mundo; worüber *Eugenius P. III. in Epist. ad Wibaldum Abb.* (in *Martene ampliss. collect. T. II. p.* 553) klagt. Wahrscheinlich waren diese Bewegungen am kaiserlichen Hofe Wirkungen der Arnoldischen damals in Rom herrschenden Grundsätze, die von den Römern in ihren Verhandlungen mit dem Kaiser oft genug geltend gemacht wurden (s. oben §. 51. not. h und s); obgleich jener Corveyer Mönch Heinrich, zwar ein Zeitgenosse, aber dem Ereignisse fern, im ultramontanischen Interesse sie von den ärgsten Ketzern, den Catharern, ableitet (s. unten §. 85. not. h). Indeß heißt es noch im Sachsenspiegel Buch 3. Art. 63.: Bann schadet der seile, und nemet doch neymande syn liiff, und krenket ney-

ſicht während der Streitigkeiten im Anfange des dreizehnten Jahrh. zu erreichen g): in Frankreich konnte es aber, ſelbſt bey Ludwig IX. h), nicht damit durchdringen: vielmehr be-

---

mande to lantrechte, dar en volge des Koninges achte na, ſ. oben §. 55. not. n.

g) Schon Philipp v. Schwaben hatte 1203 das Anerbieten gemacht: generalem legem statuam, — ut quicunque excommunicatus fuerit a Domino Apostolico, in banno statim sit imperiali (ſ. oben §. 54. not. o) Friedrich II. gab den deutſchen Prälaten zu Gunſten (ſ. oben §. 55. not. a) i. J. 1220 das Geſetz (in *Gudenus cod. diplom. exhibens anecdota Mogontiaca Tom. I. Goetting.* 1743. *p.* 471): Excommunicatio non eximat eos a respondendo impetentibus: sed sine Advocatis perimat auctoritas in eis jus et potestatem ferendi sententias, testimonia, et alios impetendi. Et quia gladius materialis constitutus est in subsidium gladii spiritalis; excommunicationem, si excommunicatos in ea ultra sex septimanas perstitisse — constiterit, nostra proscriptio subsequatur, nec revocanda, nisi prius excommunicatio revocetur. Dieſe Beſtimmung wurde auch in den Schwabenſpiegel (zwiſchen d. J. 1270 und 1285) Cap. 3. aufgenommen.

h) Vgl. beſ. was deſſen ſteter Gefährte *Joinville* in ſeiner *hist. de saint Louis* (*Collection des mémoires relatifs à l'hist. de France depuis Phil. Auguste, par Petitot. T. II. Paris* 1819. *p.* 185) erzählt: Einſt traten ſämmtliche franz. Prälaten vor den König, und in ihrem Namen redete Guy, B. v. Auxerre, denſelben alſo an: *Sire, sachez que tous ces prelatz, qui cy sont en vostre presance, me font dire, que vous lessez perdre toute la chrestienté, et qu'elle se pert entre vos mains.* Adonc le bon Roy se signe de la croiz, et dit: *Evesque, or me dittes, commant il se fait, et par quelle raison. Sire,* fist l'evesque, *c'est pour ce qu'on ne tient plus compte des excommuniés. Car aujourd'hui un homme aymeroit mieulx mourir tout excommunié, que de se faire absouldre, et ne veult nully faire satisfaction à l'Eglise. Pourtant, Sire, ilz vous requirent tous à une voiz pour Dieu, et pour ce que ainsi le devez faire, qu'il vous plaise commander à tous vos baillifz, pre-*

hauptete hier der König das Recht, die geiſtliche Strafgewalt, wo ſie ſich Ungerechtigkeiten erlaubte, in ihre Schranken zurückzuweiſen i).

---

vostz, et autres administrateurs de justice: que où il sera trouvé aucun en vostre royaume, qui aura esté an et jour continuellement excommunié, qu'ilz le contraignent à se faire absouldre par la prinse de ses biens. Et le saint homme respondit, que tresvolontiers le commanderoit faire de ceulx, qu'on trouveroit estre torçonniers (Beeinträchtigter) à l'Eglise et à son presme (*proximum*). Et l'evesque dit, qu'il ne leur appartenoit à cognoistre de leurs causes. Et à ce respondit le Roy, qu'il ne le feroit autrement. Et disoit, que ce seroit contre Dieu et raison, qu'il fist contraindre à soy faire absouldre ceulx, à qui les clercs feroient tort, et qu'ilz ne fussent oiz en leur bon droit. Et de ce leur donna exemple du conte de Bretaigne, qui par sept ans a plaidoié contre les prelatz de Bretaigne tout excommunié, et finablement a si bien conduite et menée sa cause, que nostre saint Pere le Pape les a condampnez envers icelui conte de Bretaigne. Parquoy disoit, que si dés la premiere année il eust voulu contraindre icelui conte de Bretaigne à soy faire absouldre, il lui eust convenu laisser à iceulx prelatz contre raison ce qu'ilz lui demandoient outre son vouloir: et que en ce faisant il eust grandement meffait envers Dieu et envers ledit conte de Bretaigne. Aprés lesquelles choses ouyes pour tous iceuls prelatz, il leur suffisit de la bonne responce du Roy; et onques puis ne ouy parler, qu'il fust fait demande de telles choses.

i) In der Entſcheidung Ludwigs IX. zwiſchen dem Erzbiſchof und den Bürgern von Rheims, die von jenem excommunicirt waren, (1235) heißt es u. a. (*Preuves des libertés de l'église Gall. ch.* XXXVI. *no.* 3.): Absolventur autem dicti cives a dicto Archiepiscopo in forma Ecclesiae, et emendabunt injurias eidem Archiepiscopo illatas de quibus isti duo (zwey königl. Commiſſarien) videbunt emendandum esse. — Et si quae excommunicationes inventae fuerint injuste latae, pro illis prorsus nulla fiet emenda. So ladet Philipp d. Kühne den Biſchof v.

Siebentes Capitel.

Geſchichte der ketzeriſchen Partheyen.

§. 85.

Im 12ten Jahrhunderte.

C. du Plessis d'Argentré collectio judiciorum de novis erroribus, qui ab initio duodecimi saeculi usque ad annum 1632 *in Ecclesia proscripti sunt et notati. Lutet. Paris. (Tomi III.* 1728. *fol.)* T. I. J. C. Fueßlin's Kirchen- und Ketzerhiſtorie der mittlern Zeit (3 Theile. Frankf. u. Leipz. 1770—74. 8.) Th. 1. S. 56 ff. H. Schmid der Myſticismus des Mittelalters in ſeiner Entſtehungsperiode. Jena 1824. S. 433 ff.

Während die Hierarchie, ihres geiſtlichen Berufes uneingedenk, ſich in unaufhörliche Kämpfe verwickelte, um auch alle weltliche Herrſchaft ſich unterthan zu machen: während das kirchliche Dogmenſyſtem in ſeiner fortſchreitenden Entwickelung die Vernunft mit immer engeren Banden umzog: während die Heilsmittel der Kirche ſowohl durch die einſeitige Speculation der Scholaſtiker immer mehr ihren geiſtigen Character und ihre ſittliche Kraft verloren, als in ihrer Ausſpendung durch ein rohes Prieſterthum, welches aller ſittlichen Achtung entbehrte, zu einem todten Mechanismus herabſanken:

Paris, nachdem zwey Barone ab audientia vestra ad nostram curiam super quodam judicio tanquam a pravo et falso dato in vestra curia appellirt hatten, vor das nächſte Parlament. (*ibid. no.* 4.). So entſcheidet das Pariſer Parlament 1303 auf die Appellation eines Grafen gegen den Erzb. v. Lyon, der ſein Land mit dem Interdicte belegt hatte (*ibid. no.* 8.), quod temporalitas praedicti Archiepiscopi Lugdun. ad manum nostram ponetur, et tenebitur, quousque per ipsum fuerint dicta attemptata — totaliter revocata. So alſo jetzt ſchon *Appellationes ab abusu, Appellations comme d'abus.*

und während endlich dieses vielfach verschlungene Kirchensystem, an seiner geistigen Kraft verzweifelnd, durch immer zunehmenden äußern Zwang sich Achtung zu erhalten suchte; da konnte es nicht anders seyn, als daß die früher nur einzeln vorkommenden Empörungen gegen die Kirche jetzt immer häufiger und kräftiger wurden. Die ältern Streitigkeiten in der Kirche bezogen sich meistens nur auf Speculationen des Verstandes: und eben deshalb gelang es der Kirche, sobald sie strenge Maaßregeln nehmen konnte, immer, die Widerstrebenden zurückzuführen, da das Interesse für einen sittlich gleichgültigen Begriff selten mehrere Geschlechter hindurch von Verfolgungen unbesiegt bleibt: aber der jetzt um sich greifenden Opposition gegen die Kirche lag ein lebendiges sittliches Interesse, welches sich durch den ganzen Zustand der Kirche verletzt fühlte, zum Grunde: und eben deshalb wurde diese Opposition durch die blutigen Mittel, welche man gegen sie anwendete, mehr gestärkt als geschwächt, und blieb stets unüberwunden, obgleich die opponirenden Parteyen in ihren eigenthümlichen Systemen sehr von einander abwichen, und dieselben mannichfach modificirten.

Zu derselben Zeit, wo zwey wahnsinnige Schwärmer, Tanchelm a), welcher von 1115 bis 1124 in den Nieder-

a) Vgl. bes. über ihn die *Epist. Trajectensis Ecclesiae ad Frid. Archiep. Coloniensem* (in *Seb. Tengnagel Collect. vett. monumentorum contra Schismaticos. Ingolst.* 1612. *p.* 368; *Act. SS. Junii T. I. p.* 845; *C. du Plessis d'Argentré collect. judicior. de novis erroribus T. I. p.* 11 *ss.*): In maritimis primum locis rudi populo et infirmioris fidei venenum perfidiae suae miscuit, et per matronas et mulierculas — errores suos paulatim spargere coepit: deinde per has conjuges etiam ipsos perfidiae suae laqueis irretivit. Nec jam in tenebris vel cubiculis, sed super tecta praedicare incipiens, in patentibus campis late circumfusae multitudini sermocinabatur: et veluti Rex concionaturus ad populum, stipatus satellitibus, vexillum et

landen, und Eudo de Stella oder Eon b), welcher bis

gladium praeferentibus, velut cum insignibus regalibus, sermonem facturus, procedere solebat. — Declamabat, Ecclesias Dei lupanaria esse reputanda; nihil esse quod sacerdotum officio in mensa Dominica conficeretur; pollutiones non sacramenta nominanda; ex meritis et sanctitate ministrorum virtutem sacramentis accedere: — dehortabatur populum a perceptione sacramenti corporis et sanguinis Domini, prohibens etiam decimas ministris Ecclesiae exhiberi. — Talibus nequitiae successibus misero homini tanta sceleris accessit audacia, ut etiam se Deum diceret, asserens, quia si Christus ideo Deus est, quia Spiritum Sanctum habuisset, se non inferius nec dissimilius Deum, quia plenitudinem Spiritus Sancti accepisset. In qua praesumptione adeo illusit, ut quidam in eo divinitatem venerarentur, in tantum, ut balnei sui aquam potandam stultissimo populo pro benedictione divideret, velut sacratius et efficacius sacramentum profuturum saluti corporis et animae. So habe er auch eine Verlobung mit der heil. Jungfrau gefeyert u. ſ. w. Hoc ad summam dixisse sufficiat, res divinas in tantum venisse contemptum, ut reputetur sanctior, cuicumque fuerit Ecclesia despectior. Faſt noch mehr Unruhen erregte er in Antwerpen, welche auch nach ſeinem Tode fortwährten, ſo daß man den heil. Norbert zu Hülfe rufen mußte. cf. *Vita Norberti* §. 36. in *Acta SS. Jun.* T. I. p. 843. *Robertus de Monte* in *App. ad Chronicon Sigeberti Gembl. ad ann.* 1124 bey *Pistorius* p. 619.

b) Ueber ihn beſ. *Willelmus Neubrigensis* (um 1197) *de rebus Anglicis lib. I. c.* 19. (*d'Argentré l. c. p.* 36): Eudo is dicebatur, natione Brito, agnomen habens de Stella, homo illiteratus et idiota, ludificatione daemonum ita dementatus, ut, cum sermone Gallico *Eon* diceretur, ad suam personam pertinere crederet, quod in ecclesiasticis exorcismis dicitur, scilicet »per *eum*, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et seculum per ignem.« Ita plane fatuus, ut *Eon* et *eum* nesciret distinguere, sed supra modum stupenda caecitate crederet, se esse dominatorem et judicem vivorum et mortuorum. Eratque per diabolicas praestigias tam potens

1148 in Bretagne und Gascogne umherschweifte, die Gemüther verwirrten: eiferten im südlichen Frankreich zwey Geistliche Peter v. Bruis c) (v. 1104 — 1124 Petro-

---

ad capiendas simplicium animas, ut — seductam sibi multitudinem aggregaret, quae tota illum tanquam dominum dominorum individue sequeretur. Et interdum quidem mira velocitate per diversas provincias ferebatur: interdum vero morabatur cum suis omnibus in locis desertis et inviis, moxque, instigante diabolo, erumpebat improvisus, Ecclesiarum maxime, ac monasteriorum infestator. Danach ist die Volkssage über diesen Haufen zu erklären: pretiose induti, splendide epulati, et in summa laetitia agere videbantur: aber alles dieses sey nur phantastice per daemones geschehen, a quibus scilicet misera illa multitudo non veris et solidis, sed aëriis potius cibis in locis desertis alebatur. — Sane cum pestifer ille ita debaccharetur, — saepius a principibus ad vestigandum et persequendum eum exercitus frustra mittebatur: quaesitus enim non inveniebatur. Tandem vero fraudatus ope daemonum, cum non amplius per illum debacchari sinerentur (non enim nisi a superioribus justo Dei judicio relaxantur), levi negotio a Remensi Archiepiscopo comprehensus est. Er wurde auf der Synode zu Rheims 1148 vor Eugenius III. gestellt, und erklärte sich auch hier für den, qui venturus est judicare etc. — Jussus autem ex decreto Concilii, ne pestis iterum serperet, diligenter custodiri, tempore exiguo supervixit. Nach *Otto Frising. de gest. Frider. lib. I. c.* 54. 55. starb er im Kloster St. Denys.

c) *Petri Venerabilis Abb. Clun. epist. ad Arelatensem, Ebredunensem Archiep. Diensem, Wapicensem Episcopos adv. Petrobrusianos haeret.* (in *M. Marrier et A. Quercetani Bibl. Cluniac. p.* 1117 *ss.* u. *Bibl. PP. max. T. XXII. p.* 1033 *ss.*). Die Widerlegung selbst ist noch bey Lebzeiten des Petrus v. Bruis geschrieben, die Praefatio nach dem Tode desselben im Jahr 1126 oder 1127 (Füßli Th. 1. S. 200). In jener (*Bibl. PP. max.* XXII. *p.* 1035): In partibus vestris populi rebaptizati, Ecclesiae prophanatae, altaria suffossa, cruces succensae, die ipso passionis dominicae publice carnes comestae, sacerdotes

flagellati, monachi incarcerati, et ad ducendas uxores terroribus sunt ac tormentis compulsi. Et harum quidem pestium capita, tam divino auxilio quam Catholicorum Principum adjutorio a vestris regionibus exturbastis: sed supersunt — membra, lethifero adhuc, sic ipse nuper sensi, veneno infecta, ad quae curanda Dei est misericordia invocanda, et vestra medicinalis diligentia adhibenda. — Anguis lubricus de regionibus vestris elapsus, immo vobis prosequentibus expulsus, ad Narbonensem Provinciam sese contulit, et quod apud vos in desertis et villulis cum timore sibilabat, nunc in magnis conventibus et populosis urbibus audacter praedicat. Putabam Alpes gelidas, et perpetuis nivibus opertos scopulos incolis vestris barbariem invexisse, et dissimilem terris omnibus terram dissimilem caeteris omnibus populis populum creavisse: itaque agrestibus et indoctis hominum moribus [*mentibus?*] peregrinum dogma facilius irrepsisse. Sed hanc opinionem meam ultima rapidi Rhodani littora et circumjacens Tolosae planities, ipsaque urbs vicinis populosior expurgat, quae adversus falsum dogma tanto cautior esse debuit, quanto — doctior esse potuit. Suscepit enim — Antichristi praeambulos. — O miseri quicunque estis homines, — non multis gentibus, sed duobus tantum homuncionibus, *Petro de Bruis*, et *Heinrico* ejus Pseudo-Apostolo tam facile cessistis! In der *Praefatio*, nach Peters Tode geſchrieben, giebt er deſſen 5 Irrthümer (prima erronei dogmatis semina a Petro de Bruis per XX. fere annos sata et aucta, quinque praecipua et venenata virgulta produxerunt) alſo an: *Primum* haereticorum capitulum negat, parvulos infra intelligibilem aetatem constitutos Christi baptismate posse salvari, nec alienam fidem posse illis prodesse, qui sua uti non possunt, — Domino dicente: *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit* etc. *Secundum* Capitulum dicit, templorum vel Ecclesiarum fabricam fieri non debere, factas insuper subrui oportere, nec esse necessaria Christianis sacra loca ad orandum, quoniam aeque in taberna et in Ecclesia, in foro et in templo, ante altare vel ante stabulum invocatus Deus audit, et eos qui merentur exaudit. *Tertium* Capitulum, cruces sacras confringi praecipit, et succendi, quia spe-

brusiani) und Heinrich d) v. 1116—1148 Henriciani)

---

cies illa vel instrumentum, quo Christus tam dire tortus, tam crudeliter occisus est, non adoratione, non veneratione, vel aliqua supplicatione digna est, sed ad ultionem tormentorum et mortis ejus, omni dedecore dehonestanda, gladiis concidenda, ignibus succendenda est. *Quartum* Capitulum non solum veritatem corporis et sanguinis Domini quotidie et continue per sacramentum in Ecclesia oblatum negat, sed omnino illud nihil esse, neque Deo offerri debere decernit. In der Widerlegung p. 1057 führt er ihre eigenen Worte an: Nolite, o populi, Episcopis, Presbyteris, seu clero vos seducenti credere, qui sicut in multis, sic et in altaris officio vos decipiunt, ubi corpus Christi se conficere, et vobis ad vestrarum animarum salutem se tradere mentiuntur. Mentiuntur plane. Corpus enim Christi semel tantum ab ipso Christo in coena ante passionem factum est, et semel, hoc est, tunc tantum, discipulis datum est. Exinde neque confectum ab aliquo, neque alicui datum est. *Quintum* Capitulum sacrificia, orationes, eleemosynas et reliqua bona pro defunctis fidelibus a vivis fidelibus facta deridet, nec ea aliquem mortuorum vel in modico posse juvare affirmat. In der Widerlegung fügt er noch hinzu p. 1079: addunt haeretici, irrideri Deum cantibus ecclesiasticis, quia qui solis piis affectibus delectatur, nec altis vocibus advocari, nec musicis modulis potest mulceri.

d) *Acta Episcoporum Cenomanensium cap.* 35. *de Hildeberto Episc.* (in *Mabillonii vetera Analecta* T. III. p. 312. ed. II. p. 315) Im J. 1116 habe Heinrich in benachbarten Gegenden durch seine harte Lebensweise u. durch ergreifende Predigten Aufsehen gemacht. Die ihn gesehen hätten, publice testabantur, numquam se virum attrectasse tantae rigiditatis, tantae humanitatis et fortitudinis: cujus affatu cor etiam lapideum facile ad compunctionem posset provocari. In Mans sey er darauf von Hildebert, der gleich darauf nach Rom abgereist sey, und vom Clerus wie vom Volke mit Ehrfurcht aufgenommen: Ceterum dum orationem haberet ad populum, eisdem clericis ad pedes ejus residentibus et flentibus, tali resonabat oraculo, ac si dae-

gegen den kirchlichen Mechanismus und die Unſittlichkeit des

monum legiones uno hiatu ejus ore murmur exprimerent. Verumtamen mirum in modum facundus erat: cujus sermo ita mentibus vulgi per aures infusus haerebat, quasi recens venenum etc. — Qua haeresi plebs in clerum versa est in furorem, adeo quod famulis eorum minarentur cruciatus, nec eis aliquid vendere, vel ab eis emere voluissent: immo habebant eos sicut ethnicos et publicanos. Praeterea non tantum aedes eorum obruere, et bona dissipare, sed illos lapidare aut affigere patibulo decreverant, nisi Princeps et optimates ejus — resisterent. Ferner dogmatizabat novum dogma, quod foeminae, quae minus caste vixerant, coram omnibus vestes suas cum crinibus nudae comburerent: nec quilibet amplius aurum, argentum, possessiones, sponsalia cum uxore sumeret, nec illi dotem conferret; sed nudus nudam, debilis aegrotam, pauper duceret egenam, nec curaret, sive caste sive inceste connubium sortiretur. — Ex jussu illius plebis actio pendebat universa et affectus. Tanta auri, tanta argenti affluentia, si vellet, redundaret, ut opes omnium solus videretur possidere. Licet plane multa reciperet, tamen parcebat cupiditati, ne nimis ambitiosus videretur. Verumtamen plura sibi retinens, pauca ad restaurationem pannorum, qui incensi fuerant, conferebat. Ejus quoque admonitu multi juvenum ducebant venales mulieres, quibus ipse pannos pretio IV solidorum emebat, quo nuditatem suam tantummodo supertegerent. Als der Biſchof Hildebert aus Rom zurückkehrte, und das Volk ſegnen wollte, rief ihm dieſes entgegen: *Nolumus scientiam viarum tuarum, nolumus benedictionem: coenum benedic, coenum sanctifica: nos habemus patrem, habemus pontificem, habemus advocatum, qui te excedit auctoritate, excedit honestate, excedit scientia. Huic clerici iniqui, clerici tui adversantur, ejus doctrinae contradicunt, hunc quasi sacrilegum detestantur et respuunt, verentes quod eorum scelera denudaret prophetico spiritu, et haeresim suam et corporis incontinentiam privilegio condemnaret litterarum [divinarum].* Hildebert entfernte ihn zwar, aber plebem Henricus sic sibi illexerat, quod vix adhuc memoria illius et dilectio a

Clerus. Daneben nahmen aber die schon aus dem vorigen

---

cordibus eorum deleri valeat vel depelli. Jetzt scheint sich Heinrich an Peter v. Bruis angeschlossen zu haben, s. oben not. c. *Petrus vener.* l. c. in der *Praefat. p.* 1034: Sed post rogum Petri de Bruis, quo apud s. Aegidium (St. Gilles) zelus fidelium flammas dominicae crucis ab eo succensas eum concremando ultus est, — haeres nequitiae ejus Heinricus cum nescio quibus aliis doctrinam diabolicam non quidem emendavit, sed immutavit, et sicut nuper in tomo, qui ab ore ejus exceptus dicebatur, scriptum vidi, non quinque tantum, sed plura capitula edidit. — Sed quia eum ita sentire vel praedicare nondum mihi plene fides facta est, differo responsionem. Um 1134 war Heinrich in der Provence (*Acta Episc. Cenoman.* c. 36. l. c. p. 323): Aurem suam tantum historiae et litterae prophetarum accommodans, dogmatizabat perversum dogma, quod fidelis Christianus nec retractare debet nec erudire. Sed misericordia Dei — ille Henricus ab Arelatensi Archiepiscopo captus est, et domino Papae Innocentio *Pisis* in authentico Concilio (1134) praesentatus, ibique iterum convictus et generaliter haereticus appellatus, ad postremum carcere mancipatur. Cui postquam permissio concessa est abeundi ad aliam provinciam, nova secta, novo cursu, novum iter assumpsit delinquendi: quam protinus ita turbavit, quod minime Christiani Ecclesiarum adirent limina, sed divinum contemnentes mysterium, sacerdotibus oblationes, primitias, decimas, infirmorum visitationes, et solitam denegabant reverentiam. Heinrich wirkte in Languedoc mit großem Erfolge, als Eugenius III. gegen ihn 1147 den Cardinal Albericus und den heil. Bernhard aussandte. Der Letztere kündigt diese Gesandtschaft dem Ildefons Grafen v. St. Gilles und Toulouse, einem Gönner Heinrichs in einem Schreiben (*Bernardi* epist. 241.) an, welches eben so sehr von Heinrichs bedeutender Wirksamkeit in jenen Gegenden zeuget, als von Leidenschaft und unwahren Beschuldigungen gegen denselben voll ist. Ueber den Erfolg der Gesandtschaft s. *Bernardi vita auct. Gaufrido Mon. lib.* III. c. 6. Bernhard siegte, Heinrich wurde gefangen, u. dem Bischofe v. Toulouse übergeben. *Albericus in chron. ad ann.* 1149 sagt, Heinrich sey auf

Zeitabſchnitte ſtammenden Manichäer, (ſ. Abth. 1. §. 46.), für welche in Deutſchland Cathari, Ketzer e), in Italien

---

dem Generalconcil in Rheims dem Papſte vorgeführt: de sua haeresi discussus et convictus, vitam quidem et membra, Episcopo qui eum adduxerat expostulante, retinuit, sed tamen praecepto Papae in custodia relegatus, et ibidem post non multum temporis mortuus est in illa. Indeß Albericus verwechſelt Heinrichen mit Eon (oben not. b) wie dieß ad ann. 1148 ganz deutlich iſt, wo er u. a. Heinrichen nachſagt, ad tantam prorupit insaniam, ut diceret et credi cogeret, se esse filium Dei.

e) *Ekberti* (um 1163) *Serm.* 1. *adv. Catharos* in der *Bibl. PP. Max. T. XXIII. p.* 601: Hos Germania nostra Catharos — appellat. Offenbar hat er hier das deutſche Wort »Ketzer« im Sinne, welches um jene Zeit ſchon gewöhnlich war (ſ. bey den Minneſängern in Maneß Sammlung Th. 2. S. 129. 145. 211 u. ſ. w.). Ueber die Ableitung deſſelben ſ. l. c. p. 602: Cathari originem habuerunt a quibusdam discipulis Manichaei, qui olim Catharistae dicebantur, i. e. purgatores (cf. *Augustin. de haeres. c.* 46.). Die italiäniſche Form von Catharus war gazaro (*Stephanus de Borbone* bey *d'Argentré collectio judiciorum de novis erroribus T. I. p.* 90: dicuntur a Lombardis Gazari vel Pathari), und es ſcheint, daß die deutſche Form Ketzer zunächſt aus dieſer italiäniſchen ſich gebildet habe. Die Ableitung dieſer Namen von dem Lande Gazaria od. Chasaria nach Mosheims Verſuch einer Ketzergeſchichte S. 367 iſt unbegründet, da dieſes Land in dieſer Zeit nirgends als Ketzerland erſcheint, und Ekbert, dem die Ableitung des neu entſtandenen Ketzernamens noch bekannt ſeyn mußte, dieſelbe anders angiebt. Bald ſpielte indeß der Haß eben ſo mit willkührlichen Etymologieen dieſes Namens, wie des Waldenſernamens (ſ. unten §. 86. not. b), ſ. *Alanus de Insulis* († 1202) *contra haereticos sui temporis lib. I. c.* 63. (*Opp. p.* 248): Hi dicuntur Cathari, i. e. diffluentes per vitia, a Catha, quod est fluxus; vel cathari, quasi casti, quia se castos et justos faciunt. Vel Cathari dicuntur a cato, quia, ut dicitur, osculantur posteriora catti, in cujus specie, ut dicunt, apparet eis Lucifer. Die zuletzt angegebene Etymologie, auch im Deutſchen möglich (Katze, Ketzer), verbreitete ſich mit der daran ge-

Paterini, in Frankreich Publicani jetzt die gewöhnlichsten Namen waren, aber noch viele andere vorkommen f), immer mehr zu, und zeigten sich nicht nur fortwährend in den verschiedensten Gegenden Frankreichs g), sondern verpflanzten

---

knüpften Fabel bald allgemein (ähnliches geschah mit einigen Montanistennamen, Bd. 1. §. 47. not. p), vgl. J. Grimm in den Wiener Jahrbüchern Bd. 32. (1825). S. 216 f.

f) *Ekbertus l. c. p.* 601: Hos nostra Germania *Catharos*, Flandria *Piphles*, Gallia *Texerant* ab usu texendi, appellat. *Auctarium Aquicinctinum ad ann.* 1183 (s. unten not. g): quidam dicunt illos *Manichaeos*, alii *Cataphrygas*, nonnulli *Arianos* (sofern sie Christum dem Vater tief unterordneten), Alexander autem Papa vocat eos *Paterinos*. Ueber alle diese Namen s. *J. Usserius* de christianarum Ecclesiarum in occidentis praesertim partibus continua successione London 1613. 4. p. 209 ss. (auch hinter dess. Britann. Ecclesiarum antiquitates ed. Lond. 1687. fol.). Füßli Th. 1. S. 38 ff. Schmid S. 435 ff. Die Namen *Bulgari* und *Albigenses* werden erst im 13ten Jahrh. gewöhnlich, s. unten §. 88. not. m.

g) Um 1101 in Agen s. *Radulphus Ardens*, Capellan des Herzogs v. Aquitanien, *sermo dominica* VIII. *post Trin.* (*Sermones ed. Colon.* 1604. 2 *Tom.* 8. jene Stelle bey *d'Argentré* I. *p.* 9). — Um 1115 in Soissons, s. *Guibertus Abb. s. Mariae Novigenti in vita sua lib.* III. *c.* 16. (in *Opp. ed. L. d'Achery Paris* 1651. *fol.* u. b. *d'Argentré l. c. p.* 8.) U. a. Haereticos hic nefandus Suessorum comes amabat; — per Latinum conspersi sunt orbem; — conventicula faciunt in hypogeis aut penetralibus abditis. Guibert leistete selbst bey ihrer Verfolgung dem Bischofe Lisiardus Dienste. — Um 1140 in Perigueux in Aquitanien, s. *Heriberti Mon. epistola* (in *Mabillonii Analecta T.* III. *p.* 467. *ed. nov. p.* 483. *d'Argentré l. c. p.* 35): Surrexerunt in Petragoricensi regione quam plures haeretici, qui se dicunt apostolicam vitam ducere: carnes non comedunt, vinum non bibunt, nisi permodicum tertia die: centies in die genua flectunt, pecunias non recipiunt: illorum secta valde perversa est et occulta. *Gloria patri* non dicunt, sed:

ſich auch in die benachbarten Länder. In der Schweiz, Schwaben und Baiern werden um d. J. 1152 Catharer

---

Pro gloria patri, quoniam regnum tuum, et tu dominaris universis creaturis in saecula saeculorum, Amen. Eleemosynam nihil esse, quia unde fieri possit, nihil debere possideri. Missam pro nihilo ducunt, neque communionem percipi debere dicunt, sed fragmentum panis. — Crucem seu vultum Domini non adorant, sed adorantes prohibent, ita ut ante vultum Domini dicant: »O, quam miseri sunt, qui te »adorant, Psalmo dicente, *Simulacra gentium* etc.« In hac seductione quam plures jam, non solum nobiles propria relinquentes, sed et clerici, presbyteri, monachi et monachae pervenerunt. Nullus enim tam rusticus est, si se eis conjunxerit, quin infra octo dies tam sapiens sit litteris, ut nec verbis, nec exemplis amplius superari possit. Nullo modo detineri possunt — Diabolo eos liberante etc. Alia quoque permulta et mira faciunt. Princeps eorum Pontius vocatur. — Um 1180 in Rheims, ſ. *Radulphus Cogeshalensis Mon.* (Ex ms. in *Jo. Picardi notis ad Guil. Neubrigensem p.* 724 b. *d'Argentré* I. *p.* 59) U. a. cum error quorundam haereticorum, qui vulgo appellantur Publicani, per plures Galliae provincias proserperet etc. — Im J. 1183 in Arras (wie bereits 1025, ſ. Abth. 1. §. 46. not. e), ſ. *Auctarium Aquicinctinum ad ann.* 1083 (in *Rerum toto orbe gestarum chronica ed. A. Miraeus, Antverp.* 1608. 4.): in civitate Atrebatensi — multarum haeresium fraudes per quandam mulierem — sunt detectae. Isti haeretici nullius haeresiarchae muniuntur praesidio: quidam dicunt illos Manichaeos, alii Cataphrygas, nonnulli Arianos, Alexander autem Papa vocat eos Paterinos. Sed quicquid sint, oris proprii confessione convicti sunt haeretici immundissimi. Multi sunt in praesentia Archiepiscopi et Comitis accusati: nobiles, ignobiles, clerici, milites, rustici, virgines, viduae, uxoratae. Tunc decretalis sententia ab Archiepiscopo et Comite praefixa est, ut deprehensi incendio traderentur, substantiae vero eorum sacerdoti et Principi resignarentur. — Im Jahr 1200 in Besançon, ſ. *Caesar. Heisterbac. Miraculorum lib.* V. *c.* 18.

sichtbar h): in den Rheingegenden verbreitete sich mit und neben ihnen eine mit den Petrobrusianern und Henricianern zusammenhängende Parthey. Diese letztere wurde 1121 im Trierischen sichtbar i): nicht lange darauf traten aber in Cöln Catharer und Henricianer so stark hervor, daß Evervin,

---

(*d'Argentré* I. p. 46). — Im J. 1201 in Paris. (*Mon. Autissiodor. p.* 96. *d'Argentré p.* 62): Evraudus miles — haeresis illius, quam *Bulgarorum* vocant, arguitur. vgl. *Sandii* nucleus hist. eccl. Colon. 1676. 4. p. 395.

h) Der Corveyer Mönch Heinrich sagt von den Laien, welche 1152 einen kaiserlichen Beschluß erwirkten, wodurch dem kirchlichen Banne alle bürgerliche Folgen genommen wurden, nach der oben §. 84. not. f mitgetheilten Stelle: Hi homines sunt seducti ab antiqua progenie simplicium hominum, qui Alpes et viciniam habitant, et semper amant antiqua. In Suaviam (Schwaben), Bavariam et Italiam borealem saepe intrant eorum mercatores (cf. *Ebrardus c.* 22. unten *not. v*), qui biblia ediscunt memoriter et ritus Ecclesiae aversantur, quos credunt esse novos. Nolunt imagines venerari, reliquias sanctas aversantur, olera comedunt, raro masticantes carnem, alii nunquam. Adpellamus eos iccirco Manichaeos. Horum quidam etiam ex Hungaria ad nos convenerunt. Daß jener Beschluß nicht durch Catharer, sondern durch Arnoldisten veranlaßt seyn wird, ist schon §. 84. not. f bemerkt. Ueberhaupt spricht Heinrich, obgleich Zeitgenosse, doch nur nach Hörensagen in der Ferne von jenen. Dennoch leistet die Stelle für die Verbreitung der Catharer in jenen Gegenden wohl hinlängliche Gewähr.

i) s. *Historia Trevirensis* in *d'Achery spicileg. T.* II. *p.* 221. b. *d'Argentré* I. *p.* 24: Ivodii, quod Trevericae dioecesis appenditium est, fuerunt eo tempore haeretici, qui substantiam panis et vini, quae in altari per sacerdotes benedicitur, in corpus Christi et sanguinem veraciter transmutari negabant, nec baptismi sacramentum parvulis ad salvationem proficere dicebant, et alia perplura profitebantur erronea, quae memoriae tradere nefas duxi (vgl. oben *not.* c). Es wurden zwey Presbyter und zwey Laien eingezogen.

Propſt zu Steinfelden, 1146 bey dem heil. Bernhard Hülfe ſuchte k), und daß darauf 1163 Ekbert, Mönch des Klo-

---

k) *Evervini Praepos. Steinfeldensis Epist. ad Bernardum* (in *Mabillonii Analecta T.* III. *p.* 452 *ed. nov. p.* 473 b. *d'Argentré* I. *p.* 33): Nuper apud nos juxta Coloniam quidam haeretici (Catharer) detecti sunt, quorum quidam cum satisfactione ad Ecclesiam redierunt. Duo ex eis, scil. qui dicebatur Episcopus eorum cum socio suo, nobis restiterunt in conventu clericorum et laïcorum, praesente ipso domino Archiepiscopo cum magnis viris nobilibus, haeresim suam defendentes ex verbis Christi et Apostoli. Sed cum vidissent, se non posse procedere, petierunt, ut eis statueretur dies, in quo adducerent de suis viros fidei suae peritos: alioquin se velle potius mori, quam ab hac sententia deflecti. Quo audito cum per triduum essent admoniti, et resipiscere noluissent, rapti sunt a populis nimio zelo permotis, nobis tamen invitis, et in ignem positi atque cremati, et (quod magis mirabile est) ipsi tormentum ignis non solum cum patientia, sed et cum laetitia introierunt et sustinuerunt. Hic, sancte Pater, vellem, si praesens essem, habere responsionem tuam, unde istis Diaboli membris tanta fortitudo in sua haeresi, quanta vix etiam invenitur in valde religiosis in fide Christi. Haec est haeresis illorum: Dicunt apud se tantum Ecclesiam esse, eo quod ipsi soli vestigiis Christi inhaereant, et apostolicae vitae veri sectatores permaneant, ea quae mundi sunt non quaerentes, non domum, nec agros, nec aliquid peculium possidentes, sicut Christus non possedit, nec discipulis suis possidenda concessit. Vos autem, dicunt nobis, domum domui et agrum agro copulatis, et quae mundi sunt hujus, quaeritis: ita etiam, ut, qui in vobis perfectissimi habentur, sicut Monachi vel Regulares Canonici, quamvis haec non ut propria, sed possident ut communia; possident tamen haec omnia. De se dicunt: Nos pauperes Christi, instabiles, de civitate in civitatem fugientes, sicut oves in medio luporum, cum Apostolis et Martyribus persecutionem patimur: — Vos autem mundi amatores cum mundo pacem habetis, quia de mundo estis. Pseudo-Apostoli adul-

terantes verbum Christi, [*qui*] quae sua sunt quaesiverunt, vos et patres vestros exorbitare fecerunt: nos et patres nostri generati Apostoli in gratia Christi permansimus. — In cibis suis vetant omne genus lactis, et quod inde conficitur, et quicquid ex coitu procreatur. — In sacramentis suis velo se tegunt: tamen nobis aperte confessi sunt, quod in mensa sua quotidie cum manducant, ad formam Christi et Apostolorum cibum suum et potum in corpus Christi et sanguinem per Dominicam orationem consecrant, ut inde se, membra et corpus Christi, nutriant. Nos vero dicunt in sacramentis non tenere veritatem, sed quandam umbram et hominum traditionem. Confessi sunt etiam manifeste, se praeter aquam in ignem et spiritum baptizare, et baptizatos esse. — Et talem baptismum per impositionem manuum debere fieri conati sunt ostendere testimonio Lucae, qui in Act. Apost. describens baptismum Pauli, quem ab Anania suscepit ad praeceptum Christi, nullam mentionem fecit de aqua, sed tantum de manus impositione: et quicquid invenitur tam in Actis Apost. quam in Epistolis Pauli de manus impositione, ad hunc baptismum volunt pertinere: et quemlibet sic inter eos baptisatum dicunt *Electum*, et habere potestatem alios, qui digni fuerint, baptisandi, et in mensa sua corpus Christi et sanguinem consecrandi. Prius enim per manus impositionem de numero eorum, quos *Auditores* vocant, recipiunt eum inter *Credentes*, et sic licebit eum interesse orationibus eorum, usque dum satis probatum eum faciant *Electum*. De Baptismo nostro non curant. Nuptias damnant, sed causam ab eis investigare non potui: vel quia eam fateri non audebant, vel potius quia eam ignorabant. Sunt item alii haeretici quidam (Henricianer, von *Ekbert serm.* V. unten not. l *sequaces Hartwini* nach ihrem Haupte in Cöln genannt) in terra nostra, omnino ab istis discordantes, per quorum mutuam discordiam et contentionem utrique nobis sunt detecti. Isti negant in Altari fieri corpus Christi, eo quod omnes Sacerdotes Ecclesiae non sunt consecrati. Apostolica enim dignitas, dicunt, corrupta est, implicans se negotiis saecularibus: et in cathedra Petri non militans Deo, sicut Petrus, potestate consecrandi, quae data fuit Petro, se privavit: et quod

ſters Schönau, zur Bekämpfung der um ſich greifenden

---

ipsa non habet, Archiepiscopi et Episcopi, qui in Ecclesia seculariter vivunt, ab ea non accipiunt, ut aliquos consecrare possint. — Et ita evacuant Sacerdotium Ecclesiae, et damnant Sacramenta, praeter baptismum solum, et hunc in adultis, quos dicunt baptisari per Christum, quicumque sit minister Sacramentorum. De baptismo parvulorum fidem non habent, propter illud de Evangelio: *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit.* Omne conjugium vocant fornicationem, praeter quod contrahitur inter utrosque virgines, masculum et foeminam (mit Berufung auf Matth. 19, 6. 8. 9. u. Hebr. 13, 4.). In suffragiis Sanctorum non confidunt: jejunia, caeterasque afflictiones, quae fiunt pro peccatis, adstruunt justis non esse necessaria, nec etiam peccatoribus, quia *in quacunque die ingemuerit peccator, omnia peccata remittuntur ei:* caeterasque observantias in Ecclesia, quas Christus et Apostoli ab ipso discedentes non condiderunt, vocant superstitiones. Purgatorium ignem post mortem non concedunt; sed animas statim, quando egrediuntur de corpore, in aeternam vel requiem vel poenam transire, propter illa Salomonis (*Eccl.* 11, 3.): *lignum in quamcunque partem ceciderit, — ibi manebit;* et sic fidelium orationes vel oblationes pro defunctis adnihilant. — Noveritis etiam, Domine, quod redeuntes ad Ecclesiam nobis dixerunt, illos habere maximam multitudinem fere ubique terrarum sparsam, et habere eos plures ex nostris Clericis et Monachis. Illi vero, qui combusti sunt (die Catharer), dixerunt nobis in defensione sua, hanc haeresim usque ad haec tempora occultatam fuisse a temporibus Martyrum, et permansisse in Graecia et quibusdam aliis terris. Et hi sunt illi haeretici, qui se dicunt Apostolos, et suum Papam habent. Alii (die Henricianer) Papam nostrum adnihilant nec tamen alium praeter eum habere fatentur. Isti apostolici Satanae (die Catharer) habent inter se foeminas, ut dicunt, continentes, — quasi ad formam Apostolorum, quibus concessa fuit potestas circumducendi mulieres. — Ebervin fordert Bernharden auf, in ſeinen Predigten über das Hohelied bey der Stelle *Cant.* 2, 15. *Capite nobis*

Ketzer herbey gerufen werden mußte [1]). Nach England

---

vulpes parvulas, quae demoliuntur vineas, dieſe Ketzer zu berückſichtigen, und dieß iſt auch von demſelben *Serm.* 65 *et* 66. *super Cantica* geſchehen.

1) *Godefridus Mon.* ad ann. 1163: Hoc etiam anno quidam haeretici, de secta eorum, qui Cathari nuncupantur, de Flandriae partibus Coloniam advenientes, prope civitatem, in quodam horreo occulte mansitare coeperunt etc. *Trithemius in Chron. Hirsaugiensi* ad h. a.: *Egbertus* (Abbas Monasterii s. Florini Martyris in Schonaugia, der Bruder der h. Eliſabeth) per Clerum vocatus ad Coloniam ad disputandum contra quosdam novos haereticos ibidem repertos, qui se graeco vocabulo Catharos, i. e. mundos, nuncupabant, magnam eruditionis suae gloriam reportavit. Ueber die gleichzeitige Auffindung der Reliquien der 11000 Jungfrauen und die Offenbarungen der h. Eliſabeth, welche derſelbe Eckbert aufgezeichnet hat, ſ. oben §. 78. not. a. Denkmäler ſeiner Polemik in Cöln ſind *Eckberti Sermones* XIII. *adversus Catharorum errores* (*ed. Colon.* 1530. 8. u. *Bibl. PP. Max. T.* XXIII. *p.* 600 *ss.*). In der Zuſchrift *ad Reginoldum Archiep. Colon:* In vestra dioecesi frequenter contingit deprehendi quosdam haereticos. — Muniti sunt verbis sacrae Scripturae, quae aliquo modo sectis eorum concordare videntur, et ex eis sciunt defendere errores suos, et oblatrare Catholicae veritati. — Cum essem Canonicus in Ecclesia Bunnensi, saepe ego et unanimis meus Bertolphus cum talibus altercati sumus, et diligenter attendi errores eorum ac defensiones. Multa quoque de illis innotuerunt per eos, qui exierant de conventiculis eorum, et resipuerant a laqueis diaboli. — *Sermo* I.: Ecce enim quidam latibulosi homines perversi et perversores, qui per multa tempora latuerunt, — per omnes terras multiplicati sunt. — Hos nostra Germania *Catharos*, Flandria *Piphles*, Gallia *Texerant*, ab usu texendi, appellat. Die dann folgende Darſtellung ihrer Lehren ſtimmt ganz mit der Evervinſchen überein, und ergänzt dieſelbe hin und wieder; z. B.: se solos in mensis suis corpus Domini facere dicunt. Sed in verbis illis dolum habent: non enim verum illud corpus Christi significant, — sed sui ipsius

carnem corpus Domini vocant, et in eo, quod sua corpora nutriunt cibis mensae suae, corpus Domini se facere dicunt. — Audivi a quodam fideli, qui — de societate eorum exivit, — in domino Salvatore ita errare eos —, ut dicerent, eum non vere natum ex virgine, nec vere humanam carnem eum habuisse, sed simulatam carnis speciem: nec ex mortuis eum resurrexisse, sed mortem et resurrectionem simulasse. Daher feyerten ſie das Paſcha nicht; ſtatt deſſelben aber aliud quoddam festum, in quo occisus est haeresiarcha eorum Manichaeus, — quod b. Augustinus — *Bema* appellari dixit. Meus autem recitator ab eis, quibus ipse fuerat commoratus, *Malilosa* dixit vocari, et autumnali tempore celebrari (Bema wurde im März gefeyert, *Augustin. contra Faust.* XVIII. *c.* 5.). Die in Cöln Verbrannten hätten ferner ausgeſagt, animas humanas non aliud esse, nisi illos apostatas spiritus, qui in principio mundi de regno coelorum ejecti sunt, et eos in humanis corporibus posse per bona opera promereri salutem, sed hoc non nisi inter eos, qui ad eorum pertinent sectam. Auf *Sermo* I. folgt ein Anhang *de origine sectae Catharorum*, der mit der Behauptung beginnt: Sciendum vero est, et non celandum ab auribus vulgi, quoniam indubitanter secta eorum, de quibus agimus, originem accepit a Manichaeo haersiarcha. — Multa tamen permixta habent doctrinae magistri sui, quae inter haereses illius non inveniuntur. Divisi sunt etiam contra semetipsos, quia nonnulla, quae ab aliquibus eorum dicuntur, ab aliis negantur. Dennoch ſucht ſich Ekbert mit Hülfe des Auguſtinus, namentlich des *lib. de haeres. c.* 46., in den Lehrbegriff der Catharer zu finden, dürfte aber dabey wohl manches unkritiſch von den alten Manichäern auf die neuen Catharer übertragen. Namentlich glaube ich, daß zu der Stelle: Ex numero discipulorum suorum duodecim elegit, quos quasi Apostolos suos habebat: — quem numerum imitatores ejus et hodierna die observant, quia ex electis suis habent XII, quos appellant magistros, et tertium decimum principem ipsorum: Episcopos autem LXXII, qui ordinantur a magistris etc. welche faſt wörtlich aus *Augustin. de haer. c.* 46. entnommen iſt, nur ein analoges Verhältniß der Catharer Veranlaſſung gegeben hat, welches *Evervinus* oben not. k bezeichnet: se dicunt Apostolos

kamen Catharer i. J. 1159, wurden indeß bald ausgerottet m).

Aber die Hauptsitze der Catharer waren die Länder, in welchen sich damals die meiste bürgerliche Freyheit fand, besonders Südfrankreich, und dann auch Oberitalien.

(näml. die Lehrer der Parthey) et suum Papam habent. *Sermo* V.: Ueber den Grund des Eheverbots der Catharer: Innotuit mihi per quosdam viros, qui exierunt de societate vestra. — Dicitis enim, quod fructus ille, de quo praecepit Deus primo homini in paradiso, ne gustaret ex eo, nihil aliud fuit nisi mulier, quam creaverat. De ipsa, dicitis, Adae praecepit Dominus, ut non commisceretur ei, et commixtus est ei contra praeceptum Domini, quod erat gustare de vetito ligno. Ex hoc ergo probatis, omne genus humanum, quod de eis propagatum est, natum esse ex fornicatione, et neminem salvari posse, nisi purgatus fuerit per orationes et sanctificationes eorum, qui inter vos perfecti vocantur. — Mussitant quidam vestrum, videlicet sequaces *Hartwini*, quod illud conjugium solum justum est, in quo virgines conjunguntur, et quod unam tantum prolem gignere debent, et postea statim abinvicem discedere. *Sermo* VIII.: nuper (igne) baptizavit Colonia Archicatharum vestrum Arnoldum, et complices ejus, et similiter Bunna Theodericum et socios ejus.

m) *Willelmus Neubrigensis* (um 1197) *de reb. Angl. lib.* II. *c.* 13.: Iisdem diebus erronei quidam venerunt in Angliam ex eorum, ut creditur, genere, quos vulgo Publicanos vocant. Hi nimirum ex Gasconia incerto auctore habentes originem, regionibus plurimis virus suae perfidiae infuderunt. Quippe in latissimis Galliae, Hispaniae, Italiae, Germaniaeque provinciis tam multi hac peste infecti esse dicuntur, ut secundum Prophetam *multiplicati esse super numerum arenae videantur.* — Als sie aber jetzt nach England kamen, pesti, quae jam irrepserat, ita est obviatum, ut de caetero hanc insulam ingredi vererentur. Es waren über 30 Männer und Weiber, duce quodam Gerardo, alle nationis et linguae Teutonicae. Ein Concil in Oxford ließ sie brandmarken, und des Landes verweisen.

In Südfrankreich n) hatten auch die von Peter von Bruis und Heinrich ausgegangenen Erregungen zu ihrem Gunſten gewirkt: die gegen ſie gerichteten Concilienſchlüſſe o) waren unwirkſam geblieben, da mehrere Barone dieſer Gegend ſie beſchützten, und ſo vermehrte ſich hier ihre Anzahl

n) Ueber den bürgerl. Zuſtand von Südfrankreich um dieſe Zeit ſ. Schloſſers Weltgeſch. Bd. 3. Th. 1. S. 557 ff.

o) *Conc. Tolosan. ann.* 1119. *c.* 3.: Porro eos, qui religionis speciem simulantes, Dominici corporis et sanguinis sacramentum, puerorum baptisma, sacerdotium, et caeteros ecclesiasticos Ordines, et legitimarum damnant foedera nuptiarum, tanquam haereticos ab Ecclesia Dei pellimus et damnamus: et per potestates exteras coërceri praecipimus. Defensores quoque ipsorum ejusdem damnationis vinculo donec resipuerint mancipamus. Daſſelbe wiederholt *Conc. Lateran.* II. *gen. ann.* 1139. *c.* 23. *Conc. Remense ann.* 1148. *c.* 18.: — praecipimus, ut nullus omnino hominum haeresiarchas et eorum sequaces, qui in partibus Guasconiae, aut Provinciae, vel alibi commorantur, manuteneat vel defendat, nec aliquis eis in terra sua receptaculum praebeat. Wer dagegen handelt, anathemate feriatur, et in terris eorum, donec condigne satisfaciant, divina celebrari officia interdicimus. *Conc. Turonense ann.* 1163. *c.* 4.: In partibus Tolosae damnanda haeresis dudum emersit, quae paulatim more cancri ad vicina loca se diffundens, per Guasconiam et alias provincias quamplurimos jam infecit. Daher Aufforderung an die Biſchöfe u. Prieſter jener Gegenden, wachſam zu ſeyn, et sub interminatione anathematis prohibere, ne ubi cogniti fuerint illius haeresis sectatores, ne receptaculum quisquam eis in terra sua praebere, aut praesidium impertire praesumat. Sed nec in venditione aut emptione aliqua cum eis omnino commercium habeatur. — Illi vero si deprehensi fuerint, per catholicos Principes custodiae mancipati omnium bonorum amissione mulctentur. Et quoniam de diversis partibus in unum latibulum crebro conveniunt, — conventicula et investigentur attentius, et si inventa fuerint, canonica severitate vetentur.

sehr ansehnlich p). Die einheimischen Bischöfe versuchten ver-

p) Darüber und über das folgende s. die *Histoire générale de Languedoc par un Religieux Benedictin de la Congr. de S. Maur* (Claude le Vic u. Joseph Vaissette) Tom. IIIiéme, Paris 1737. fol. Die große Ausbreitung der Catharer in diesen Gegenden erhellt insbesondere aus den Akten eines von ihnen i. J. 1167 in S. Felix de Caraman, 5 Lieues von Toulouse, gehaltenen Concils (herausgeg. in *Guil. Besse histoire des Ducs, Marquis et Comtes de Narbonne. Paris* 1660. 4. *p.* 483 *ss.* auch in *Sandii Nucleus hist. eccl. ed. II. Colon.* 1676. 4. *p.* 390): Anno MCLXVII. incarnationis Dominicae, in mense Madii (May), in diebus illis Ecclesia Tolosana adduxit Papa Niquinta in Castro S. Felicii, et magna multitudo hominum et mulierum Eccl. Tolosanae, aliarumque Ecclesiarum vicinae congregaverunt se ibi, ut acciperent consolamentum, quod dominus Papa Niquinta coepit consolare. Postea vero Robertus de Spernone Ep. Eccl. Francigenarum venit cum consilio suo; q. Marchus Lombardiae venit cum consilio suo similiter, et Sicardus Cellarerius Eccl. Albiensis Ep. venit cum consilio suo, et Bernardus Catalani venit cum consilio suo Eccl. Carcassensis, et consilium Eccl. Aranensis fuit ibi. Quod omnes sic innumerabiliter congregati, homines Tolos. Eccl. voluerunt habere Episcopum et elegerunt Bernardum Raimundum: similiter vero et Bernardus Catalanus et consilium Eccl. Carcassensis rogatus ac mandatus ab Eccl. Tolosana et cum consilio et voluntate et solutione Domini S. Cellarerii elegerunt Guiraldum Mercerium; et homines Aranensis elegerunt Raimundum de Casalis. Postea vero Robertus de Spernone accepit consolamentum et ordinem Episcopi a domino Papa Niquinta, ut esset Ep. Eccl. Francigenarum; similiter et S. Cellarerius accepit consolamentum et ordinem Episcopi, ut esset Ep. Eccl. Albiensis: similiter vero Marchus — ut esset Ep. E. Lombardiae: similiter vero Bernardus Raimundus — ut esset Ep. Eccl. Tolosanae: similiter et Guiraldus Mercerius — ut esset Ep. Eccl. Carcassensis: similiter et Raimundus de Casalis — ut esset Ep. Aranensis. Post haec vero Papa Niquinta dixit Eccl. Tolosanae: vos

geblich auf dem Concilium zu Lombers (1165) q) dieſe bo-

---

dixistis mihi, ut ego dicam vobis consuetudines primitivarum Ecclesiarum, sint leves aut graves: et ego dicam vobis, septem Eccl. Asiae fuerunt divisas et terminatas inter illas, et nulla illarum faciebat ad aliam aliquam rem ad suam contradicionem. Et Eccl. Romanae, et Drogometiae, et Melenguiae, et Bulgariae, et Dalmatiae sunt divisas et terminatas, et una ad altera non facit aliquam rem ad suam contradicionem, et ita pacem habent inter se. Similiter et vos facite. Nun werden divisores erwählt, und durch dieſelben die Gränzen der Eccl. Tolosanae u. Eccl. Carcassensis beſtimmt. Wahrſcheinlich iſt der Papa Niquinta, wie *Sandius* vermuthet, eine Perſon mit dem Papa Nicetas bey einem Antiquus auctor in *Nic. Vignier* recueil de l'histoire de l'église (Lyon 1601. fol.) ad ann. 1023, bey *Sandius l. c.* p. 404, bey welchem auch der Biſchof Marcus wieder erſcheint: Primis temporibus, quibus haeresis Catharorum in Lombardia multiplicari coepit, primum habuerunt Episcopum quendam Marcum nomine, sub cujus regimine omnes Lombardi et Tusci et Marchiani regebantur. Iste Marcus ordinem suum habebat de Bulgaria. Veniens autem quidam Papa Nicetas nomine a Constantinopoli in Lombardiam, coepit accusare ordinem Bulgariae, quem Marcus habebat. Unde Marcus Episcopus haesitare incipiens relicto ordine Bulgariae suscepit ab illo Papa Niceta ordinem Druguriae cum suis complicibus, et tenuit per multos annos. Alſo hier deutliche Spuren von innern Spaltungen unter den Catharern. Ueber die Papae der Catharer ſ. unten §. 88. not. z.

q) *Rogerus de Hoveden Annall. Rer. Anglic. ad ann.* 1176 (in *Savilii Scriptt. Rer. Angl. Francof.* 1601. *p.* 555) giebt einen Auszug aus den Akten dieſes Concils: daher ſteht es in den Concilienakten noch immer unrichtig ad ann. 1176. Schröckh hat ſich dadurch verleiten laſſen, aus dem Einen zwey Concile, Eins v. 1165 (Th. 29. S. 510), u. Eins v. 1176 (S. 508) zu machen. Die vollſtändig bekannt gemachten Akten (b. *Mansi* XXII. *p.* 157) beginnen alſo: Anno ab Incarn. Domini MCLXV. talis diffinitiva sententia lata est super altercatione et assertione atque

nos homines, wie man sie hier gewöhnlich nannte, zur Kirche zurückzuführen: wenig mehr bewirkte der Cardinallegat Peter v. S. Chrysogonus in Toulouse (1178) r), und Ale-

---

impugnatione fidei catholicae, quam expugnare nitebantur quidam, qui faciebant se appellari *Boni homines, quos manutenebant homines de Lumbers.* Et haec sententia lata est per manum Giraldi Albiensis Episcopi, *electis ac statutis judicibus ab utraque parte,* et cognoscentibus atque adsidentibus praefato Episcopo, dann andere Bischöfe u. Geistliche, u. einige Barone, in praesentia fere totius populi Albiensis et de Lumbers, aliorumque populorum castrorum. Auf die erste Frage über ihren Canon antworteten sie unumwunden, daß sie das Alte Test. verwärfen, und nur das Neue Test. annähmen. Auf die Frage de fide sua antworteten sie, *quod non dicerent, nisi cogerentur;* auf die dritte de baptismate parvulorum: *quod nihil dicerent, sed de evangelio et epistolis responderent.* Sie wollten also kein Examen, sondern eine Disputation, zunächst über die erste Frage. Daher ihre folgende Erklärung: *nihil aliud responderent, quia non debebant cogi respondere de fide sua.* Die Versammlung sprach zwar Verdammungen genug über sie aus: wie wenig dieselben aber bewirkten, geht aus *Gervasii Cantuariensis* (um 1200) *Chron. ad ann.* 1177 (*Scriptores X. Anglici. Lond.* 1652. *fol. p.* 1441 *ss.*) hervor.

r) Raimund V. Graf v. Toulouse wendete sich 1177 an das Cistercienserkapitel (das Schreiben b. *Gervasius Cantuar. l. c.*), um hier Hülfe gegen seine Ketzer zu erhalten. Ueber die durch die Könige von Frankreich u. England bewirkte Sendung des Card. Peter s. *Hist. de Languedoc T.* III. *p.* 48. Hauptquelle ist *Roger de Hoveden ad ann.* 1178. *p.* 573 (auch b. *Baronius ad h. a. no.* 17 *ss.*) und besonders die dort *p.* 577 mitgetheilte *Epist. Henrici Abb. Claraevall.*, welcher den Cardinal begleitete. Heinrich macht hier ein abschreckendes Gemälde von dem Uebergewichte der Ketzer in Toulouse: Ibi haeretici principabantur in populo, dominabantur iu clero, eo ut populus sic sacerdos, et in interitum gregis ipsa configurabatur vita pastoris. Loquebantur haeretici, et omnes admirabantur; loquebatur Catholicus, et dicebant: *quis est hic?* in stuporem et miraculum

randers III. ſcharfe Verordnung auf dem dritten Lateran-

deducentes, si esset aliquis inter eos, qui de verbo fidei auderet aliquid vel mutire. In tantum praevaluerat pestis in terra, quod illi sibi non solum sacerdotes et pontifices fecerant, sed etiam Evangelistas habebant, qui corrupta et cancellata Evangelica veritate nova illis Evangelia cuderent etc. — In ipso quoque introitu nostro tanta erat haereticis ubique licentia, ut nos quoque per vicos et plateas recto itinere procedentes subsannarent verbo, digito demonstrarent, nos apostatas, nos hypocritas, nos haereticos conclamantes. Indeß wurden ſie durch den mächtigen Schutz der Geſandtſchaft eingeſchüchtert, und mußten ſich ſcheinbar fügen. Dagegen richtete Heinrich, der an Roger II. Vicomte von Beziers geſandt wurde, ut et Albiensem Episcopum, quem sub custodia haereticorum in vinculis tenebat, absolveret, et universam terram suam — eliminatis haereticis emendaret, bey dieſem nichts aus (obgleich Roger guter Catholik war ſ. *hist. de Langued.* T. III. p. 49). Praedictus Rogerus in ultimos et inaccessibiles terrae suae fines abscessit, und Heinrich: judicavimus praedictum Rogerum proditorem, haereticum, et de violata Episcopi securitate perjurum, eum tamquam publica excommunicatione damnatum, ex parte Papae et praedictorum Regum, in praesentia conjugis, militumque suorum in nomine Christi confidenter diffidantes (*défiants*). Das Schreiben ſchließt: Ecce a modo satis apparet, quam grande et evidens ostium patet principibus Christianis, ut Christi ulciscantur injurias. — Ne autem vel parum vel nihil fieri contra illos posse causentur, sciant omnes, generalem fuisse in urbe Tolosana sententiam, quod si illa visitatio fuisset adhuc triennio retardata, vix inveniretur in ea, qui nomen Christi amplius invocaret. Super haec autem omnia praedictus Comes S. Aegidii coram populo civitatis praestito juramento firmavit, quod a modo nec prece nec pretio favebit haereticis. Indeß *Robertus de Monte in App. ad Sigebert. Gembl.* (b. *Pistorius T.* I. *p.* 922): Haeretici, quos *Agenenses* (ſ. oben not. g) vocant, et alii multi convenerunt circa Tolosam, — ad quorum confutationem Petrus, Legatus Rom., etc. convenerunt, *et parum profecerunt.*

concil (1179) s). Gegen Roger II., Vicomte von Beziers, Carcassone, Albi und Nasez, welcher die Catharer beschützte, führte der Cardinallegat Heinrich, Abt v. Clairveaux, sogar schon ein Kreuzheer (1181) t), konnte aber nichts dauerndes

---

s) *Conc. Lateran.* III. *gen. c.* 27.: Quia in Gasconia, Albegesio, et partibus Tolosanis, et aliis locis ita haereticorum, quos alii Catharos, alii Patarenos, alii Publicanos, alii aliis nominibus vocant, invaluit damnata perversitas, ut jam non in occulto, sicut aliqui, nequitiam suam exerceant, sed suum errorem publice manifestent, et ad suum consensum simplices attrahant et infirmos: eos, et defensores eorum, et receptores anathemati decernimus subjacere: et sub anathemate prohibemus, ne quis eos in domibus, vel in terra sua tenere, vel fovere, vel negotiationem cum eis exercere praesumat. — Cunctis fidelibus in remissionem peccatorum injungimus, ut tantis cladibus se viriliter opponant, et contra eos armis populum Christianum tueantur. Confiscenturque eorum bona, et liberum sit principibus hujusmodi homines subjacere servituti. Qui autem in vera poenitentia ibi decesserint, et peccatorum indulgentiam, et fructum mercedis aeternae se non dubitent percepturos. Nos etiam — fidelibus Christianis, qui contra eos arma susceperint, biennium de poenitentia injuncta relaxamus: aut si longiorem ibi moram habuerint, Episcoporum discretioni, quibus hujus rei cura fuerit injuncta, committimus, ut ad eorum arbitrium, secundum modum laboris, major eis indulgentia tribuatur. Illos autem, qui admonitioni Episcoporum in hujuscemodi parte parere contempserint, a perceptione corporis et sanguinis Domini jubemus fieri alienos etc. Diese Verordnung wiederholte der Erzb. von Narbonne 1179 mit der Aufforderung an seine Suffragane, sonntäglich den Bann über die Ketzer und ihre Beschützer auszusprechen (s. *Hist. de Langued. T.* III. *Preuves p.* 148), namentlich auch über R. comitem nobilem virum, et R. vicecomitem Biterrensem, et B. vicecomitem Nemausensem, et Lupatum, et R. de Terrazona.

t) *Hist. de Langued. T.* III. *p.* 57.

bewirken u). Denkmäler der Polemik dieſer Zeit aus Frankreich ſind *Ebrardi* Flandrensis, Betunia oriundi, liber antihaeresis v): *Ermengardi* opusc. contra haereticos,

---

u) Eben ſo wenig wirkte das Verſprechen, welches nach Rogers II. Tode (1194) *Bertrand de Saissac* als Vormund des jungen Vicomte Raymund Roger dem Biſchofe v. Beziers im Aug. 1194 gab (*Hist. de Lang.* T. III. *Preuves p.* 177): — nec haereticos, vel Valdenses in praedicta villa (Biterris) vel Episcopatu — inducemus. Et si forte ibi fuerint, pro posse nostro illos inde ejiciemus, et tibi Episcopo jus et liberam potestatem — eos expellendi concedo: ferner die Erneuerung des Lateranenſ. Canons auf dem *Conc. Monspelliense ann.* 1195.

v) Prim. ed. *Jac. Gretser* (*Trias scriptorum adv. Waldensium sectam. Ingolst.* 1614. 4.) mit dem falſchen Titel *contra Waldenses* (wiederabgedr. in *Bibl. max. PP. T.* XXIV. *p.* 1525). U. A. *cap.* I. Dicunt, lex non est ex fide, ut dicit Abacuc et Paulus similiter (*Gal.* 3, 11. 12. *Hab.* 2, 4.). — *Quod autem ex fide non est, peccatum est* (*Rom.* 14, 23.): ergo lex peccatum est. *Cap.* III.: Deum patrum nostrorum, qui legem dedit Moysi, qui locutus est cum prophetis, qui firmavit orbem terrae, Deum verum esse negant. Eum etenim joculatorem esse (wie *Exod.* 3, 14.). Es folgen Gegenſätze zwiſchen dem Gott des Alten u. dem des Neuen Teſt. gleich den Marcionſchen Antitheſen. *Cap.* IV.: Ecclesias destruunt, nec jam Ecclesias vocant, sed speluncas, — et verbis inhonestis, et etiam execrandis Ecclesiarum pastores, et eorum vestimenta, altaria et vasa contaminant sacrosancta. — Dicunt autem, quod bonus homo, aut bona foemina, aut congregatio utriusque Ecclesia est, et ideo domum manufactam negant esse Ecclesiam. — Praelatis nostrae Ecclesiae obedire (nolunt): — dicunt enim, quod fornicatores sunt, adulteri, mendaces, raptores et cupidi. *Cap.* V.: Duos esse Deos dicunt, unum salvatorem et benignum, in quem se credere confitentur: alterum creatorem rerum et hominum plasmatorem, sed malignum, in quem se credere non fatentur. *Cap.* VI. Verwerfung der Kindertaufe, *Cap.* VII. der Ehe, *Cap.* VIII. des kirchl. Abendmahles. *Cap.* IX. Aus 1 Cor. 15, 35 ss. folgerten ſie, quod

qui dicunt et credunt, mundum istum et omnia visibilia non esse a Deo facta, sed a diabolo w): und *Alani de*

in alio corpore resurgemus, et Deus det nobis corpus novum. *Cap.* X.: Oblationum quoque munera retundentes, decimas et primitias apud se retinent et furantur. *Cap.* XI.: Inunctionem etiam olei subsannantes, nec chrisma, nec oleum sibi poscunt, — nec etiam coemeterii sepulturam. *Cap.* XII.: Peregrinationis destruentes viaticum, loca sancta et sanctorum miracula prohibent visitari. *Cap.* XIII.: Diffidentes etiam de Domini praecursore vitam ejus repudiant et baptismum. *Cap.* XIV. Verwerfung des Eides, *Cap.* XV. der Todesstrafe. *Cap.* XVI.: In operibus solummodo confidentes, fidem praetermittunt (wo Ebrardus durch die Ausführung des Satzes: Non omnis homo ex operibus salvatur, sed gratia et fide, Gretsern viel Noth macht). *Cap.* XVII.: Crucem sanctam et etiam sanctissimam dehonorant. *Cap.* XVIII.: Foemineo sexui coelorum beatitudinem nituntur surripere, weil es heiße: Venite *benedicti* patris mei, nicht *benedictae*. Sie folgerten aus *Eph.* 4, 13., quod in specie viri perfecti, et in aetate XXX. annorum ad judicium veniamus, et mulieres suum permutent sexum. *Cap.* XIX.: Dicunt, unam tantum salutis esse viam, ad quam ipsi prae caeteris devenerunt. *Cap.* XX.: Enthaltung von Fleischspeisen. *Cap.* XXI.: Male quidem et perverse operantes in quibusdam latebris se abscondunt: quaedam quoque facientes abusiva, ab aliis, et eorum novitiis se videri non permittunt. *Cap.* XXII.: Omiserunt ludicra, sed non lucra; abjecerunt otia, sed non negotia. Ita enim mundanis abrenuntiant, ut avaritiae obligentur vinculo fortiori. Si pauper enim fueris et mendicus, moram cum illis facias, statim exies opulentus: quippe a diluculo ad crepusculum in mundanis operosi mercaturis, manus non permittunt otiari.

w) Ebenfalls zuerst von Gretser l. c. mit dem falschen Titel *contra Waldenses* herausgegeben (in *Bibl. PP. max. T.* XXIV. *p.* 1602). Bes. ist hier die Beschreibung der Geistestaufe auszuzeichnen, welche statt der Wassertaufe zur wirklichen Aufnahme in die Secte, d. i. unter die Electi, ertheilt wurde, und welche von den Catharern *Consolamentum* genannt wurde, weil sich dadurch ó

Insulis, Mönchs in Clairveaux († 1202), libb. IV. contra haereticos sui temporis x): ſämmtlich, wie es ſcheint, gegen

---

παράκλητος, consolator, mittheilen ſollte. *Cap.* XIV.: Quando volunt facere consolamentum alicui viro vel mulieri, ille, qui Major et Ordinatus dicitur, ablutis manibus, librum Evangeliorum in manibus suis tenens, eum vel eos, qui ad recipiendum consolamentum conveniunt, admonet, ut in eo consolamento omnem suam fidem, et spem salutis animarum suarum in Deo et in illo Consolamento ponant. Et sic super capita eorum libro posito, orationem Dominicam septies dicunt, et deinde b. Ioannis Evangelium ab *In principio* incipiens usque ad hunc locum Evangelii, quod dicit: *Gratia et veritas per Iesum Christum facta est*, audientibus dicit. Et sic finitur illud consolamentum. A quibus personis fit, dicamus. Scil. ab illis, qui inter eos *Ordinati* dicuntur. Si ipsi defuerunt, ab illis, qui *Consolati* dicuntur, suppletur, et si viri non adsint, mulieres tantum infirmis faciunt. — Omnium remissionem suorum peccatorum et emundationem suorum delictorum, absque satisfactione aliqua, in eo se consequi credunt, si statim morte deficiunt. — Dicunt etiam, quod nemo, — nisi illud consolamentum ab ipsis consolatis receperit, coeleste regnum — aliquo opere, — nec etiam martyrio, etsi ab omnibus, quod est impossibile, peccatis et delictis se abstineat, consequi potest. Credunt etiam hoc, quod si ille, qui facit illud consolamentum, in aliquod peccatorum, quae ipsi criminalia vocant, lapsus fuerit: sicut est comedere carnem, aut ovum, vel caseum; vel interficere avem, vel aliquod animal, praeter reptilia; vel etiam illa peccata, quae Ecclesia Romana criminalia nominat; — consolamentum illius recipientibus nihil prodest. — Imo eundem credunt iterum oportere illud consolamentum recipere ab alio, si salvari desiderat.

x) Nämſ. *contra Haereticos, Waldenses, Iudaeos et Paganos.* Die zwey erſten Bücher ſind von *Masson, Paris* 1612. 8. weit correcter aber in *Alani Opp. ed. Car. de Visch, Antverp.* 1654. *fol. p.* 199 *ss.* die zwey letzten in *C. de Visch Biblioth. Scriptor. Cisterc. Colon.* 1656. 4. *p.* 411. herausgegeben. Cave hat

Ende des 12ten Jahrh. geschrieben y).

---

unrichtig diesen Alanus in zwey getheilt (hist. lit. T. II. p. 229. 287). Er war aus Lille in Flandern, wurde Cistercienser, Bisch. v. Auxerre, legte 1167 sein Bisthum nieder, und starb 1202 in Clairveaux s. *Hist. de Languedoc T.* III. *p.* 119 *ss. d'Argentré l. c. p.* 83.

y) Ueber die Lehre der Catharer in Albigeois sind bes. auch die beyden Zeitgenossen und Geschichtschreiber des albigensischen Kreuzzugs, der Mönch *Petrus Mon. Coenobii Vallium Cernaji* od. *Vallissarnensis* (de Vaux Cernay) *in historia Albigensium* (in *Duchesne Scriptt. hist. Francorum T.* V. *p.* 554) und der Caplan Raymunds VII., Grafen v. Toulouse, *Guilelmus de Podio Laurentii* (de Puilaurens) *super historia negotii Francorum adv. Albigenses* (*ibid.* p. 666) zu vergleichen. Insbes. die kurze Beschreibung des *Petrus Mon.* cap. 2. p. 556 (b. *d'Argentré* l. c. p. 72): Haeretici duos constituebant creatores, invisibilium scil. quem vocabant benignum Deum, et visibilium, quem malignum Deum nuncupabant. Novum testamentum benigno Deo, vetus vero maligno attribuebant. — Omnes veteris Testamenti Patres damnatos affirmabant. Iohannem Baptistam unum esse de majoribus Daemonibus asserebant. Dicebant etiam in secreto suo, quod Christus ille, qui natus est in Bethleem terrestri et visibili, et in Hierusalem crucifixus, malus fuit, et quod Maria Magdalena fuit ejus concubina, et ipsa fuit mulier in adulterio deprehensa, de qua legitur in Evangelio. Bonus enim Christus, sicut dicebant, nunquam comedit vel bibit, nec veram carnem assumpsit; nec unquam fuit in hoc mundo, nisi spiritualiter in corpore Pauli. Ideo autem diximus in Bethleem terrestri et visibili, quia haeretici fingebant esse aliam terram novam et invisibilem, et in illa terra, secundum quosdam, bonus Christus fuit natus, et crucifixus. Item dicebant haeretici, bonum Deum habuisse duas uxores, Collant et Colibant, et ex ipsa filios et filias procreasse. Erant alii haeretici, qui dicebant, quod unus est creator, sed habuit filios Christum et Diabolum. Dicebant et isti, omnes creaturas bonas fuisse, sed per filias, de quibus legitur in Apocalypsi, omnia fuisse corrupta. Hi

Auch in Oberitalien waren die Catharer ſehr verbreitet, und zeigten ſich ſogar unter Innocentius III. ſelbſt in dem Kirchenſtaate z). Ihr Hauptſitz war Mailand, wo

---

omnes, membra Antichristi — provinciam Narbonensem veneno suae perfidiae infecerant fere totam. Romanam Ecclesiam speluncam latronum esse dicebant, et quia ipsa erat meretrix illa, de qua legitur in Apocalypsi. Sie hätten Taufe, Abendmahl, Firmung, Beichte, Ehe, Todten-Auferſtehung verworfen, dicentes, animas nostras esse spiritus illos Angelicos, qui per superbam apostasiam praecipitati de coelo, corpora sua glorificata in aëre reliquerunt; et ipsas animas post successivam qualiumcunque septem corporum terrenorum inhabitationem, quasi tunc demum poenitentia peracta, ad illa relicta corpora remeare. Sciendum autem, quod quidam inter haereticos dicebantur Perfecti, sive Boni Homines, alii Credentes. Haereticorum, qui dicebantur Perfecti, nigrum habitum praeferebant, castitatem se tenere mentiebantur: esum carnium, ovorum, casei omnino detestabantur: non mentientes videri volebant, cum ipsi maxime de Deo quasi continue mentirentur. Dicebant etiam, quod nulla unquam ratione debeant jurare. Credentes autem haereticorum dicebantur illi, qui, seculariter viventes, — in fide tamen illorum se salvari sperabant. — De perfectis vero haereticis magistratus habebant, quos vocabant Diaconos et Episcopos, sine quorum manuum impositione nullus inter Credentes moriturus se salvari posse credebant. Dann über das *Consolamentum*. Endlich: Non credimus autem silendum, quod et quidam haeretici dicebant, quod nullus poterat peccare ab umbilico et inferius. Imagines, quae sunt in Ecclesiis, dicebant idololatriam, campanas earum turbas Daemonum affirmabant. Item dicebant, quod non peccabat quis gravius, dormiendo cum matre vel sorore sua, quam cum qualibet alia.

z) In Orvieto (Urbs vetus) wurde ſogar der päpſtl. Statthalter *Petrus Parentius* 1199 von den Häretikern getödtet, ſ. deſſen vita von einem Zeitgenoſſen in den *Act. SS. Maj. T. V. P. II. p.* 86. zum 21ten Mai. Innocentius begab ſich 1207 ſelbſt nach Viterbo, ad eliminandam Patarenorum spurcitiam, qua Viterbiensis

sie schon 1173 von dem Erzbischofe Galdinus bekämpft wurden aa). Hier schrieb auch Bonacursus, früher selbst Lehrer der Catharer, dann zur katholischen Kirche übergetreten, um 1190 s. Vita haereticorum, s. manifestatio haeresis Catharorum bb), in welcher er auch von einer judaisiren-

---

civitas erat vehementer infecta (*Gest. Innoc.* III. c. 123.), und erließ dort die scharfe Verordnung *Lib.* X. *Epist.* 130. Vgl. *Lib.* IX. *Epist.* 7. 18. 167. 204.

aa) *Vita S. Galdini* in d. *Act. SS. Apr. T. II. p.* 393. zum 18ten April. *Jacobi de Vitriaco hist. Orient. et Occident. lib.* II. *c.* 28. *Ughelli Italia sacra ad ann.* 1173.

bb) Ueber Bonacursus cf. *Labbei specimen antiquarum lectionum p.* 206. Jene Schrift ist erschienen in *d'Achery Spicileg.* T. I. p. 208. (einige dort fehlende capita sind nachträglich herausgegeben von *Mansi* in dessen Ausgabe von *Baluzii Miscell. T. II. p.* 581): Dominus noster Jesus Christus — errores illorum, qui Cathari vocantur, manifestare — volens, quemdam Episcopum doctorem, Bonacursum nomine, misericorditer gratia s. Spiritus illuminavit, et ad sinum s. matris Ecclesiae per gratiam renovavit. — Quidam illorum dicunt, Deum creasse omnia elementa, alii dicunt, illa elementa diabolum creasse: sententia tamen omnium est, illa elementa diabolum divisisse. Dicunt etiam, eumdem diabolum Adam de limo terrae fecisse, et quemdam Angelum lucis in eo summa vi inclusisse, wovon sie *Luc.* 10, 30 deuteten. Hevam dicunt fecisse, cum qua concubuit, et inde natus est Caïn, de sanguine cujus dicunt natos esse canes, ideoque tam fideles sunt hominibus. Conjunctio Adae cum Heva, ut dicunt, fuit pomum vetitum. — Omnia, quae facta sunt in aëre, in mari, et in terra, facta esse a diabolo. — Ex filiabus Hevae et daemonibus dicunt natos esse Gigantes, qui cognoverunt per daemones patres suos, diabolum omnia creasse. Unde diabolus dolens, eos ista scire, dixit: *Poenitet me fecisse hominem* (Gen. 6, 6.). Unde quia Noë hoc ignoravit, a diluvio liberatus est. Die Väter des alten Testaments Werkzeuge des Teufels. De dictis SS. Prophetarum dicunt quaedam esse

den Parthey, den Paſagiern, Nachricht giebt cc).

---

revelata a Spiritu Dei, quaedam a Spiritu maligno. Unde Apostolus: *Omnia probate* etc. (1 Thess. 5, 21.). Außer dem Bekannten: Non credunt Filium aequalem Patri, quia dicit: *Pater major me est* (*Joan.* 14, 28.). Crucem dicunt characterem esse bestiae, quae in Apocalypsi esse legitur. — B. Sylvestrum dicunt Antichristum fuisse, von welchem 2 Thess. 2, 4. A tempore illo dicunt Ecclesiam esse perditam. Das *Consolamentum* wird hier bezeichnet als impositio manuum, quam baptismum appellant, et renovationem s. Spiritus. Ipsum diabolum credunt esse solem, lunam dicunt esse Hevam, et per singulos menses dicunt eos fornicari, ut vir cum aliqua meretrice. Omnes stellas credunt esse daemones.

cc) *Bonacursus l. c. p.* 211: In primis dicunt, quod Mosaïca lex sit ad litteram observanda, et quod Sabbatum et Circumcisio et aliae legales observantiae adhuc habere statum debeant. Dicunt etiam, quod Christus Dei Filius non sit aequalis Patri, et quod Pater et Filius et Spiritus sanctus, istae tres personae non sint unus Deus et una substantia. Praeterea ad augmentum sui erroris, omnes Ecclesiae Doctores et universaliter totam Ecclesiam Romanam judicant et condemnant. — Hunc suum errorem novi Testamenti ac Prophetarum testimonio [asserere] nituntur. cf. *Specimen Opusculi quod G. Bergomensis contra Catharos et Pasagios elucubravit circ. ann.* 1230 (in *Murat. Antiquitt. Ital. medii aevi* T. V. p. 152): Pasagini dicunt, Christum esse primam et puram creaturam, et vetus Testamentum esse observandum in solennibus et in circumcisione, et in ciborum perceptione, et in aliis fere omnibus, exceptis sacrificiis. Den Urſprung dieſer Parthey leitet *Landulphus junior hist. Mediol. c.* 41. (*Muratori Scriptt. Rer. It. T. V. p.* 513) von der Excommunication ab, mit welcher der Erzb. v. Mailand 1133 die Gegner des Kaiſers Conrad und des Papſtes Anacletus belegte: Ex cujus excommunicationis radice circumcisi Christum filium virginis ignorant, et maxima pars Quiritum et Longobardorum auctorem divinae et humanae legis minime amant.

§. 86.

Fortsetzung, Waldenser.

Hauptwerk: *Jean Leger* (Pasteur et Moderateur des Eglises des Vallées, et depuis la violence de la persecution, appellé à l'Eglise Wallonne de Leyde) *hist. générale des églises évangeliques de Piemont, ou Vaudoises, divisée en deux livres. Leyde* 1669. *fol.* (deutsch von J. F. v. Schweinitz. Breslau 1750. 4.). Ferner: *Hist. des Vaudois* (von Jacques Brez, Waldenserprediger in Middelburg), *Lausanne et Utrecht* 1796. 2 *Tom.* 8. (deutsch Leipzig 1798. 8.). — Füßli a. a. O. Th. 1. S. 293 ff.

So wie schon früher ein Petrus von Bruis und Heinrich bey aller Verwerfung kirchlicher Misbräuche sich von den manichäischen Speculationen der Catharer fern gehalten hatten, so bildete sich seit dem Jahre 1170 neben den Letztern im südlichen Frankreich die Parthey der Waldenser a), welche ohne alle speculative Schwärmerei nur darauf

---

a) In die Geschichte der Waldenser ist durch Freund und Feind viele Verwirrung gebracht. Zuerst sind sie mit den Catharern oder Albigensern vermengt, von Catholiken (z. B. Mariana, Gretser), um sie zu Manichäern zu machen; von Reformirten (Abbadie, Jac. Basnage), um auch die Albigenser von dem Vorwurfe des Manichäismus zu reinigen. Ferner ist häufig der Ursprung der Waldenser über Petrus Valdensis hinausgesetzt, so sehr es auch durch Zeugnisse von Zeitgenossen (s. not. c) feststeht, daß dieser der Stifter ist. Jener Irrthum bildete sich auf folgende Weise: Wie überhaupt der Beginn des Verderbens in der Kirche von dem römischen Bischofe Sylvester, dem Zeitgenossen Constantins, abgeleitet wurde (s. §. 54. not. mm. §. 59. not. ll. §. 85. not. bb.); so lehrten auch die Waldenser des 13ten Jahrh. (*Reinerii summa* in *Martene thesaurus T. V. p.* 1775), quod Ecclesia Christi permansit in Episcopis et aliis Praelatis usque ad b. Sylvestrum, et in eo defecit quousque ipsi eam restaurarunt: tamen dicunt, quod semper fuerunt aliqui, qui Deum timebant et sal-

ausging, das apoſtoliſche Chriſtenthum in ſeiner Einfalt und Innigkeit wieder zu verwirklichen. Um jenes Jahr nämlich

---

7

vabantur. Ihre Gegner argumentirten aber, wie *Moneta* (um 1210) *adv. Catharos et Valdenses p.* 402: quod universitas pauperum Leonistarum non est Ecclesia Dei — ostenditur, si ipsorum origo attendatur. Non enim multum temporis est, quod esse coeperunt, quoniam sicut patet a Valdesio cive Lugdunensi exordium acceperunt, qui hanc viam incepit, non sunt plures, quam octoginta anni, vel si plures aut pauciores, parum plures vel pauciores existunt. Ergo non sunt successores Ecclesiae primitivae, ergo non sunt Ecclesia Dei. Si autem dicunt, quod sua via ante Valdensem fuit, ostendant hoc aliquo testimonio, quod minime facere possunt. So hatten nun die Waldenſer ein Intereſſe, diejenigen nachzuweiſen, in denen die wahre Kirche von Sylveſter bis auf Petrus Waldus erhalten worden ſey. Dieß führte aber nach und nach zu dem Mißverſtändniſſe, als ob ihre Parthey als ſolche ſchon älter ſey, und daran knüpften ſich mancherley Erdichtungen z. B. von einem Stifter Leo, der blos dem Namen der Parthey Leonistae ſeinen Urſprung verdankt. So ſagt der deutſche Verfaſſer der Zuſätze in der erweiterten *Summa Reinerii* c. 4. (*Bibl. PP. max.* XXV. *p.* 264): Inter omnes has sectas, quae adhuc sunt, vel fuerunt, non est perniciosior Ecclesiae, quam Leonistarum. Et hoc tribus de causis. Prima est, quia est diuturnior. Aliqui enim dicunt, quod duraverit a tempore Sylvestri: aliqui, a tempore Apostolorum. Conrad Juſtinger (Stadtſchreiber in Bern um 1420) macht in ſeiner Berner Chronik (Bern 1819. 8. S. 385) den Petrus Waldenſis zu einem Jünger und Mitbruder des Papſtes Sylveſter, der von demſelben ausschied, und wollt dem Pabst nit gehorsam syn. *Petrus de Pilichdorf* (um 1444) *contra Waldenses* c. 1. (*Bibl. PP. max. XXV. p.* 278): iniquitatis filii coram simplicibus mentiuntur, dicentes, sectam eorum durasse a temporibus Sylvestri Papae, quando videlicet Ecclesia coepit habere proprias possessiones. *Claud. Seyssellii Archiep. Taurin. adv. Waldenses disputationes* 1517: Nonnulli haeresis hujus assertores, ad ablandiendum apud vulgares et historiarum ignaros favorem, hanc

fing der Stifter derselben Petrus Valdensis b) aus Lyon an, mit mehreren Gefährten (Pauperes de Lugduno, Leo-

---

eorum sectam Constantini M. temporibus a *Leone* quodam religiosissimo initium sumsisse fabulantur, qui execrata Silvestri Romanae urbis tunc Pontificis avaritia, et Constantini ipsius immoderata largitione paupertatem in fidei simplicitate sequi maluit, quam cum Silvestro pingui opulentoque sacerdotio contaminari, cui cum omnes, qui de Christiana religione recte sentiebant, adhaesissent, sub Apostolorum regula viventes, hanc per manus ad posteros verae religionis normam transmiserunt. Quo sane commento quid potest esse fabulosius? Daß diese Erdichtung jünger ist als das 13te Jahrh. geht aus der oben angeführten Stelle des ächten Reinerius hervor: dennoch ist dieselbe auch nach der Reformation von Reformirten (Beza, Abbadie, Jac. Basnage u. s. w.) und Waldensern (am übertriebensten von *J. Leger*) nicht nur angenommen, sondern sogar noch mannichfaltig ausgeschmückt. Von diesen erst sind die Waldenser ohne allen historischen Grund mit Claudius v. Turin, Petrus v. Bruys, Heinrich, Arnold v. Brescia u. s. w. auch in äußere Verbindung gebracht. Ueber die aus den Schriften der Waldenser für ihren ältern Ursprung hergenommenen Gründe s. unten not. m. Gegen beide hier berührten Irrthümer hat sich Füßli Th. 1. S. 293 ff. und Th. 2. S. 200 sehr weitläuftig erklärt.

